Adam & Eua si non peccassent cum omni posteritate, nec morbo, nec senectute defecissent: & finito seculo in meliorem statum scilicet in angelicam formam, non per mortem, sed per dei virtutem mutati fuissent, & translati sicut Enoch & Helias in aliam vitam, parte. 1. fol. 38. B.
Adamas fortior est omni cadenti metallo, in contritus & inuincibilis perseverans, parte. 4. fol. 173. B. Et fol. 413. E.
Additio duplex est scilicet deprauans, & illucidans: Deprauans intellectum legis prohibetur, non autem additio declarans, aut illucidans parte. 1. fol. 334. F.
Additiones super postillam fratris Nicolai de Lyra super totum corpus biblicæ Paulus episcopus Burgen, quondam Iudæus, compilauit, easque filio suo Alphoso legum doctore ex legitimo thoro procreato promunere paterno transmissit, parte. 1. fol. 41. G.
Additio peccati ad peccatum facit plura peccata, non tamen maiorem grauitatem, sicut de homicidio perpetrato ab hoie sobrio & ebrio parte. 5. fol. 215. G.
Adde propheta quis & quando fuerit, parte. 4. fol. 406. D.
Adeps in intestinis, pinguedo in carne, parte. 3. fol. 172. A.
Adeps generatur ex abundantia nutrimenti &c. parte. 3. fol. 404. G.
Adeps, an & quorum animalium comedendus sit secundum veterem legem, parte. 1. fol. 219. A. Et fol. 226. B.
Adipe an Iudæis modernis vesci liceat, parte. 1. fol. 219. A. B. Et fol. 226. B.
Adipis & sanguinis eius prohibetur duplici ratione secundum veterem opinionem, parte. 1. fol. 219. B. Et fol. 371. D. Vide etiã in eius sanguis.
Adeps significat læticiã & superbiam, à similitudine animalium, que ex adipe insantur, parte. 3. fol. 107. A.
Adeps significat sapientiam, que in abscondito est, sicut adeps in intestinis, parte. 3. fol. 172. A.
Adhuc, hæc dictio, aliquando accipitur in scriptura pro post, aliquando pro vsq; & Hebræicè dicitur od, & distinguitur per solam punctuationem, & quomodo apud eos variata est &c. parte. 4. fol. 318. D.
Adiurandi modus hic erat apud Hebræos, hæc faciat tibi deus: & hæc addat, Et est sensus &c. parte. 2. fol. 67. E. F.
Adiutores principum in regimine temporali debent esse industrii, scireque consuetudines & iura ciuitatum, & terrarum ad quas se extendit regimen suum: & conuersationis debent esse probatæ per experientiam bonæ vitæ, parte. 1. fol. 330. H.
Adiutores prelatorum in regimine spirituali debent habere naturalem industriam, & sacræ scripturæ noticiam, & conuersationem probatam, per experientiam bonæ vitæ & edificationem familiæ parte. 1. fol. 330. H.
Adiutorium erat faciendum homini propter filios procreandos, ut

virgultum ex vitro nascatur, parte. 1. fol. 38. A. D.
Adiutorium dei quamuis accipimus, tamen semper est rogandum, nequodam per negligentiam perdamus illud in secundis, parte. 3. fol. 263. F.
Adiutorium humanum non debemus negligere, licet nos deus dirigat in via morum. Nam in hoc homines sunt dei adiutores, parte. 1. fol. 281. D.
Adiuuare cum nos videtur homo vel angelus, deus per eos hoc facit, qui eos pro modo eorum bonos fecit, parte. 3. fol. 260. E.
Adiuuare imbecillum, charitatis est, adiuuare potètem elationis est, parte. 3. fol. 5. E.
Adiuuat deus eum qui se mendicum & inopem reputat, & nihil sibi dat, sed totum de misericordia dei expectat, parte. 3. fol. 248. E. Interlinearis.
Administratio rerum & conseruatio possunt dupliciter accipi. Vno modo ex parte causæ in quantum sunt actiones dei in ipso manentes, & sic sunt idem realiter, alio modo ex parte effectus qui est in creatura: & sic differt administratio à conseruatione. Et declaratur hoc in artificialibus & naturalibus, parte. 4. fol. 301. F. G.
Administratio suspendi mysterij (ait Origenes) promouetur, quòd tanta cura deo est in nobis, ut etiam angelos suos culpam pro nobis & confutari patiatur, parte. 1. fol. 311. C.
Admiratio confurgit ex inspectione rei magnæ & insolitæ: Quod potest esse dupliciter. Primo modo secundum quid, Secundo modo simpliciter &c. parte. 2. fol. 446. H.
Admiratio captiuis arcæ domini fuit, quòd caperetur ab infidelibus quæ tantæ reuerentiæ fuit, quia si videbatur à Leuiticis & dei cultoribus disceptata, moriebantur, parte. 2. fol. 67. C. Item parte. 1. fol. 272. D.
Admiratio fuit in Christo ad ostendendum veritatem humanæ naturæ, parte. 5. fol. 30. G.
Adolescentia tertia ætas filios habere iam potest, & comparatur diei tertio creationis, & tertiæ ætati mundi, parte. 1. fol. 25. G.
Adolescentia, ætas est prior ad peccandum, parte. 3. fol. 263. B.
Adolescentula quam Dauid ad calefaciendum se cupiuit vrum de corporali vel mystica sit intelligendum &c. parte. 2. fol. 125. A. B. F. Et fol. 127. A. B. C.
Adolescens qui sequebatur Christum in passione, dicunt quidam quòd fuit Iacobus frater domini: alij quòd fuit Iohannes euangelista: alij dicunt quòd fuit alius iuuenis de domo vbi comedunt pascha parte. 5. fol. 116. H.
Adonai hoc nomen dei, Hebræi proferunt loco nominis tetragrammaton, vbi cumque in sacra scriptura ponitur. Et est compositum apud eosdem ex quatuor literis, sicut nomen tetragrammaton, scilicet, a, d, n, j. Quæ quidem literæ in Hebræo sic syllabicantur, quòd propria nominis ex eis compositi pronuntiatio est adonai & cetera, parte. 1. fol. 129. E.
Adonai est nomen domini & magnæ excellentiæ est ponitur legiturque pro nomine tetragrammaton: rationibus & congruentijs quibusdam, parte. 1. fol. 135. F. G. H.
Adonai significat generale dominium, & quæ differenter patribus prececedentibus & Moyse ostensum sit, parte. 1. fol. 135. F.
Adonai vnus de decem nominibus dei apud Hebræos, significans quòd omni creaturæ dominetur, parte. 2. fol. 304. A.
Adonidem quomodo mulieres colebant, & deperditum & iniustum plangebant, per quem idololatria & voluptas demonstratur, parte. 4. fol. 223. E. F.
Adoptio filiorum dei sola charitate acquiritur, parte. 5. fol. 223. A.
Adorabis solum, dominum deum tuum, non est in præcepto dictum sicut dictum est: & illi soli serues, Talis enim seruitus soli deo debetur, quæ Græcè latreosis dicitur, parte. 1. fol. 79. E.
Adorare & colere quomodo differat, parte. 1. fol. 163. G.
Adoratio quibus signis exterioribus fieri solita sit, & an & quomodo liceat quosdam adus exteriores adorationis personis excellentibus offerre, parte. 2. fol. 309. A. B. C. D. E.
Adoratio quomodo & qualis deferri debet creaturis excellentibus parte. 2. fol. 309. A.
Adoratio licet consistat principaliter in actu interiori mentis deum reuerentis, habet tamè ex consequenti aliquem actum, seu aliquod obsequium exterius &c. parte. 2. fol. 309. A. B.
Adoratio que est per genuum flexum, vrum sit soli deo exhibenda, Arguitur pro & contra, cum responsione & solutionibus argumentorum, parte. 2. fol. 309. A. B. C.
Adorant falso Christum qui eum credunt, sed peruersis actibus deicipiunt, parte. 5. fol. 84. H.
Adoratio conuenit corpori Christi, non tamen illa quæ latria est, sed illa quæ dulcia dignorem, scilicet hyperdulia. Terra hæc sine impectat à verbo dei assumptæ adoratur, quia nemo carnem eius dignè manducat

& Postil. Nico. de Lyra.

gnè manducat, nisi prius adoret, sed non terram intuetur qui adoratur, sed illi potius, cui scabellum est per què adoratur, parte. 3. fol. 233. E.
Adoratiõis loc⁹ diuersus fuit inter Samaritanos & Iudeos, & alia aliq; ratio huius assignatur à doctoribus, parte. 5. fol. 198. H.
Adorant seculi dignitatem per adulationem, sarrapè, consiliarij, iudices, duces, tyranni, optimates. Et de hoc figura, parte. 4. fol. 303. B.
Adoralle non legitur Moyse, illam angelicam visionem videndo in rubo: & verba dei audiendo, & quare, parte. 1. folio. 129. F. Et folio. 130. F.
Adorationem actiuam ad deum, an quis ex nimia humilitate possit intermittere, parte. 1. fol. 128. F. Et fol. 130. F.
Adquisisse quomodo dicitur deus populum suum, cum sit creator omnium, que sua esse dubium non est. Videtur enim vnusquisque illud adquirere quod non fuit suum, parte. 1. fol. 134. G.
Adremmon vrbs est iuxta lezrael: quæ Maximianopolis hodie vocatur, in campo Mageddon, in quo Iosias rex iustus à Pharaone Nechao vulneratus est, parte. 4. fol. 419. E.
Adrianus imperator post destructionem ciuitatis & templi Ierusalè fecit poni statuam suam in loco templi, vbi steterat arca, parte. 4. folio. 318. E.
Adrianus electus imperator, Ierusalem destructam per Titum & Vespasianum reedificauit, prohibens Iudeos habitare in ea, sed Christianis permisit, parte. 4. fol. 94. G. Et fol. 401. B.
Adrianus papa condemnauit hæresim execrantium imagines Christi & sanctorum, quæ libri vrui rusticorum, parte. 6. fol. 264. D.
Aduenas & peregrinos in hoc mundo qui se iudicant, & à vicij sese parant, æternam merentur benedictionem, parte. 1. fol. 344. A.
Advena pro quo accipitur in sacra scriptura, parte. 6. fol. 218. F.
Aduentum tuum facias diligi, rarius veniendo, & melius est quàm vel vna vice tandiu cum proximo manere: vel totiens ad illum venire, ut fastidiat, parte. 3. fol. 333. B. D.
Aduentus Christi necessarius fuit ad illuminandum homines in cognitione diuinorum secundum quod Christus dixerat, Ego in hoc natus sum &c. parte. 5. fol. 187. B.
Per aduentum Christi, diabolus cadit, & homo à peccato & à morte absoluitur, parte. 3. fol. 110. E.
Aduentus Christi dicitur consilium, Et quare, parte. 3. folio. 104. B. Interl.
Aduentus Christi compleuit, quod deus per prophetas promisit, parte. 3. fol. 159. F.
Aduentum Christi priores iusti petebant, parte. 3. fol. 261. A.
Aduentus Christi dicitur dies domini, quem fecit dominus, & ideo de eo exultandum & lætandum, parte. 3. fol. 261. B.
Aduentum primum antiqui iusti expectauerunt, nos secundum, pro quo & illi & nos mandata diligimus &c. parte. 3. fol. 273. E.
Aduentum Christi quantum antiqui desiderabant, parte. 3. fol. 141. A.
Aduentus Christi fuit promissus infra certum tempus per hebdomadas, parte. 3. fol. 211. B. Item parte. 4. fol. 317. A. B.
Aduentus primus & secundus dicitur expectatio, parte. 3. fol. 141. B.
Aduentus Christi apud Hebræos habebatur pro maximo secreto, a quod denotandum septuaginta interpretes transulerunt illud Ista, 91. Vocabitur nomen eius magni consilij angelus &c. part. 4. fol. 315. G.
Aduentum Christi primum inter alios prophetas, probat efficacius Danielis reuelatio per angelum facta: ad confutandam Hebræorum perfidiam &c. parte. 4. fol. 318. E. F.
Aduentus Christi duplex. Primus occultus, Secundus manifestus, parte. 3. fol. 98. E. Secundus etiam dicitur occultus: quia de eo nemo scit, folio. 100. F.
Aduentus Christi duplex, ad iudicium scilicet, qui futurus est & in mundum, qui præterijt, parte. 3. fol. 231. G. Item parte. 5. fol. 54. F. H. Et fol. 189. A.
Aduentus vterque Christi proprium habet præconem, parte. 5. folio. 189. A.
Aduentus Christi secundus erit in igne: Et quare, parte. 5. fol. 159. B.
In aduentu primo fiet iudicium discretionis, sed in aduentu secundo fiet iudicium discussionis, quomodo & qualiter, parte. 4. folio. 426. D.
Aduentus Christi, Vnus in humilitate in carne, & mysticè in scripturis vmbra dicitur, & quare, Alius speratur in gloria, parte. 2. folio. 13. E.
Aduentus Christi duo sunt. Primum enim venit & passus est, Secundo in gloria venturus est, parte. 1. fol. 239. A.
Aduentus Christi primus fuit in infirmitate, secundus erit in virtute, parte. 5. fol. 75. B.
Ante aduentum Christi sancti descendunt in infernum, sed non in inferiorem, parte. 3. fol. 257. E.
Aduentus Messie secundum Hebræos quare tardatur, & quomodo

acceleraretur quòd statim veniret filius David, i. Christus, parte. 6. folio. 140. C.
Aduentus Christi ad iudicium non est futurus immediatè post xlv. dies, computandos à morte Antichristi, parte. 4. fol. 228. B.
Aduentum Christi ad iudicium præcedet ignis conflagrationis, purgans coelum aereum & terram &c. parte. 4. fol. 86. G.
Aduersa pati electos dei pro æterna salute in presenti, antiquum & frequens est, parte. 6. fol. 222. A.
Aduersarij cum filijs Israel in terra promissionis multi remanserunt, triplici de causa, parte. 2. fol. 19. G.
Aduersarij Salomonis principaliter fuerunt tres, scilicet Adad Idumæus, Razon & Ieroboam, parte. 2. folio. 148. H. Et fol. 149. B. C.
Aduersitas Iob duplex fuit scilicet, in bonorum temporalium amissione, & proprii corporis percussione, parte. 3. fol. 6. D.
Aduersitas non deiecit Iob ab habitu nec ab actu sapientiæ, cum aduersitatem sustinuerit patienter, parte. 3. fol. 54. H.
Aduersitates presentis vitæ non sunt nisi poena peccatorum quod patet per sapientis sententiam vel experientiam, parte. 3. fol. 40. B.
Aduersitas nulla debet excludere iustum ab vnitate fidelium, parte. 3. fol. 121. E.
Aduersitas, Vide in Tribulatio.
Aduersitatem deus quandoque præuidet, ut flagellati ad eum accelerent parte. 3. fol. 105. F. Interl.
Aduersitates huius mundi non inferri alicui nisi propter mala præterita, & prosperitates prouenire non nisi propter præcedentia merita, ostendere vult Iob esse erroneum, parte. 3. fol. 4. D.
Aduersarij semita fluctibus comparatur, Et quare, parte. 3. fol. 57. A.
Aduersitatum tribulatione qui frangitur, à quo factus est minimè contemplatur, parte. 3. fol. 65. F.
Aduersarius noster comparatur Vemetho, & etiam Leuiathan draconi, & tertio aui in perditionis suæ illusionem, parte. 3. fol. 79. A.
Aduersariorum quatuor genera sunt, parte. 3. fol. 166. E.
Aduersus cum animus non mouetur, deus perfectè diligitur, sed spe in charitate magis accenditur, parte. 3. fol. 257. G.
In aduersis anima turbatur, aliquando velit nolit, & quòd tunc sit remedium, parte. 3. fol. 302. A.
Adulatio quid est, parte. 6. fol. 218. E.
Adulator est gehenna dignus, parte. 4. fol. 139. G.
Adulatores pessimi sunt qui asserunt excessum in familijs, equitaturis, pompis, & expensis, & amicis carnalibus, vltra gradum & meritum suum promouendis, & decere statum prelatorum, & hoc cedere ad ecclesiæ reuerentiam & honorem, parte. 4. fol. 187. H.
Adulantium lingua terrenorum mentes, aliqua bona preferentes, immoderatus laudando corrumpunt, & significantur per locustas, parte. 1. fol. 144. E.
Adulator pessimus est qui peccatum attribuit virtuti & homicidium probitati, parte. 4. fol. 139. G.
Aduletur necesse est pascenti se, qui odio deditus, frequenter ad aliam mensam conuenit, parte. 6. fol. 115. F.
Adulatio semper comes est voracibus (alias voracitibus) & omnibus malis, parte. 3. fol. 104. A. Interl.
Adulatores magnatibus adulantur, ut delictijs vrantur, Et de hoc figura, quot & qui sunt, parte. 4. folio. 303. B. Item parte. 5. fol. 39. C.
Adulatio quomodo fit spernenda, exemplum nota Diogenis philosophi, qui adulatorem vrano confudit responso, parte. 5. folio. 39. C.
Adulatores quando verba loquentium fauoribus extollunt, herbæ locustæ comedunt, parte. 1. fol. 144. E.
Adulationis vicium cantus mortiferus syrenarum dicitur, & maxime est fugiendum, parte. 2. fol. 3. D.
Adulatores solent esse solliciti explorare locum & tempus in quo eorum adulatio recipiatur efficacius, parte. 3. fol. 335. C.
Adulatores regum & potentum faciunt eos vitijs insanire, & relinquere timorem diuinum, & predicatorum veritatis contemnere, & vsq; ad mortem aliquando persequi, Et de hoc figura, parte. 2. folio. 129. H.
Adulatores & adulationibus eorum adquefcentes, demones secum trahunt ad inferni supplicia, parte. 2. fol. 229. H.
Adulatores & maligni relatores signantur per Doech, qui bonum factum innocentis, Sauli retulit in malum, parte. 2. fol. 88. G.
Adulatorum lingua plus nocet quàm manus persecutoris, parte. 3. folio. 183. F.
Adulatoribus qui relationibus suis excitant aliquem potentem ad persequendum innocentem, respondendo eis dici potest psalmus Quid gloriaris &c. parte. 3. fol. 159. D. Et fol. 161. C. D.
Adulantium lingua alligant animas in peccatis, Delectat enim ea facere, in lingua non solum non meretur reprehensio, sed etiam auditur laudator, parte. 3. fol. 100. A.

Adulatorum lingue locustis comparantur. parte. 1. fo. 144. E
Adulatores & detractores quantum sunt periculosi principibus, ostēdit in Dauid, qui verbis Sibæ adularoris & detractoris ita captus & inqulutus fuit, quod hereditatem domini sui ei concessit in absentia &c. quem tamen debuisse suspendisse propter falsam accusationem domini sui. parte. 2. fo. 117. H.
Adulter est vxoris proprii amator ardentior. parte. 4. fo. 236. G.
Adultera dicitur mulier, que semen suscipit ab alio quam à proprio viro. parte. 6. fo. 64. B.
Adultera si à viro relinquatur & repudiatur hoc fit quartū ad habitationem, & debiti redditionem. Non autem quantū ad vinculum quod nō soluitur nisi per mortem. parte. 1. fo. 58. H. Et fo. 21. F. H.
Adulter si quis fidelis inueniatur & decollatur, videtur non amplius puniendus, ne his in idipsum iudicetur &c. parte. 4. fo. 386. B.
Adultero vel adultere in lege erat poena mortis ascripta. Apud Christianos verò nō est preceptū, vt corporaliter puniant, nec pās data est episcopis presenti morte danare, quā habebāt prebyteri in lege. parte. 1. fo. 250. C.
Adulter nimis fortiter trahitur à voluprate, & sic retrahitur à dei timore, eo quod non confiderat, quod deus ipsum videat ad puniendum. parte. 3. fo. 410. D.
Adulter vel adultera in lege non poterat dicere. Pœnitentiam petimus, & veniam deprecamur, mori necesse erat in criminibus linguis, quibus erat poena mortis ascripta. parte. 1. fo. 250. C.
Adulteri non se putent noctis tenebris vel parietum obtegi. parte. 3. fo. 324. E.
Adulter libidinosus quasi equus & mulus lasciuendo discurrit per latam & spaciosam viam, que ducit ad mortem. parte. 3. fo. 410. E.
Adulter primus in terra quis fuerit. parte. 1. fo. 46. F.
Adulterat spiritualiter, siue adulteriū spirituale facit, q legis dogmata corrumpit. Adulterat mulierem viri qui corrumpit ecclesiam Christi. parte. 1. fo. 250. B.
Adulterarum filios non fuisse eiectos, sed ipsas adulteras tantum: tempore Esdræ quomodo intelligendum sit. parte. 2. fo. 254. C.
Adulteri suspicio quomodo in lege precepta fuit puniri & examinari. parte. 1. fo. 273. G.
De adulterio potest accusari mulier dupliciter. Vno modo postq̄ ducta est in vxore. Alio modo ante, nō post affidationem. Et post cōtractū matrimonium, potest accusari dupliciter. Vno modo, quia à viro non inuenta est virgo. Alio modo licet sit virgo inuenta: postea tamen adulterata est. parte. 1. fo. 356. F.
Adulterium quare lex Moyſi morte puniri iubet, & non euangelium. parte. 1. fo. 250. C. D.
Adulterium in viro & in femina equaliter dñat. parte. 3. fo. 410. E.
Adulterium quare & vnde committitur. parte. 3. fo. 316. C.
Adulterium corporale malum est: spirituale peius. Hoc carni, illud spiritui contumeliam facit. Hoc homini, illud deo. parte. 1. fo. 250. B.
Adulterium multo grauius est furto. Et quare. parte. 3. fo. 316. B.
Adulteri turpitudō est quando adultera in eodem lecto recipit adulterum cum marito. parte. 4. fo. 143. B.
Adulteri prohibitiō: quare ratione in iteratione preceptorum decalogi Leui. 19. facta, omittitur, cum tamen cetera pœnōmnia ibi repetantur. parte. 1. fo. 249. E.
Adulteram, & non adulterum quare adduxerunt ad Iesum, cum adulter secundum legem eadem poena plectendus esset. parte. 5. fo. 210. F.
Adultera sit qualibet persona Christo per fidem deponſata, per peccatum mortale. parte. 5. fo. 210. H.
Aduocati in delicijs carnis immundè viuentes, & sua loquacitate prolongando causas, mundum inquietant multipliciter, & exemplo suæ immundiciæ multos sedant, & significatur per ranas. parte. 1. fo. 139. H.
Aduocati dolosi, & doctores vanegloriosi, ad subuersionē veritatis conantes magnis sumptibus & laboribus in speculabilibus, vel agibilibus comparantur ludjs. parte. 5. fo. 87. H.
Aduocati subuerentes veritatem iusticiæ, similiter & doctores vani subuerentes veritatem doctrine per ingenij perspicacitatem, & eloquij viuacitatem (que sunt dona naturalia) significatur per exercitum animæ bellicum. parte. 4. fo. 249. D.
Aduocatum habemus qui interpellat pro nobis, multo prestantiorē Moyſe, qui tamen pro populo exauditus est. Et fortallē propterea Moyſes scribitur priori populo veniam impetrallē, vt multo magis confidamus, quod aduocatus noster Iesus veniam impetrabit à patre. parte. 1. fo. 248. F.
Ac Aëris creatio seu formatio describitur, & de eius qualitate, quomodo etiam cœli aeris in diluuiō perijſſe leguntur, & quomodo hoc in relligendum sit. parte. 1. fo. 27. A. B.
Ac in summo iam tenuis esse dicitur vt neq̄ nubibus obumbretur, nec vento turbetur, nec aues sustineat, nec homines si qui forte ascē

derint, crassiori spiritu alar, sicut Aer iste. parte. 1. fo. 27. B.
Aeris ex elemento, duo sensus animalibus dantur, olfactus vaporibus, gustus explorandis liquoribus. parte. 1. fo. 27. B.
Aerem conſlamus dum ab extra, intrus trahimus, & ab intus extra redimimus. parte. 3. fo. 14. F.
Aer in scriptura vocatur cœlum: vnde dicuntur volucres cœli, que volitant per aerem. parte. 3. fo. 247. G.
Aer iste infernus est quantum ad celsitudinem cœli. Et quantum ad eiusdem aeris altitudinem, terra infernus intelligi & profundum potest. parte. 3. fo. 38. F.
Aeris caliginosa loca tenere demones permisi sunt: qui eis quasi carcer sit vsq̄ ad tempus iudicij. parte. 1. fo. 27. C.
Aer superior & inferior, cuius dispositionis sit vterq̄: & quid contineat. parte. 1. fo. 27. B.
Aerem nunquam nominauit moyses in toto processu sex dierum: etiam in loco vbi fuisset congruum nominari aerem: & quare. parte. 1. fo. 30. F.
Aer qui est elementum an pretermisus sit à Moyſe in enumeratione factorum à deo. parte. 1. fo. 27. A. B.
Affectiones hominis quæ sunt, & que dei. parte. 3. fo. 196. B.
Affectiones tres corporis. In stupore non dolet corpus. In immortalitate similiter. Sanitas si moleſtatur dolorem habet. parte. 3. fo. 110. 163. E.
Affectiones animæ tres, prouida cautela, stulta arrogancia, gloria secura. Stulta arrogancia similis est stupori, quando quis deſe preſumens nec timet, nec cauet. parte. 3. fo. 163. E.
Affectio intelligitur per pedem, eo quod anima procedit affectibus, sicut corpus pedibus. parte. 1. fo. 375. H.
Affectiones, cogitationes, loquutionesq̄ peccatorum non latent deſi quia spiritus eius vbiq̄ per essentiam & per preſentiam est. parte. 3. fo. 368. H.
Affectio spiritualis, affectioni carnali est preponenda semper. parte. 5. fo. 43. G.
Affectio sicut est in terrenis: ita in operibus & meditatione dei est interior quædam affectio: cum in creaturis queritur creator, & inuenitur, nusquam displicens, sed vndiq̄ placens. parte. 3. fo. 196. B.
Affectio superba est pes, quo iur à deo. parte. 3. fo. 136. A. Interl.
Affectus nos multa cogit facere, & dum corporum propinquitates respicimus, corporis & animæ creatorem offendimus. parte. 1. fo. 10. 251. C.
Affectum promotione fit ascensus de virtute in virtutem, vbi charitas mouet pedem. parte. 3. fo. 275. E. F.
Affectum piū deus magis respicit, quā quantitatem rei exhibitæ. parte. 5. fo. 38. E. Item parte. 6. fo. 71. G.
Affectum quadruplicem quilibet debet concipere de bonis amici. Primus est affectus fiduciæ. Secundus est affectus gloriationis. Tertius est affectus cōſolationis. Quartus est effectus exuberantis gaudij. parte. 6. fo. 10. 69. 4. H. Et fo. 70. B.
Affectus trahit intellectum ad inferiora sapientiæ. parte. 3. fo. 110. 373. A.
Affectus rationalis bene ordinatur, erga superiores per reuerentiam, erga pauperes per misericordiam, erga omnes per innocentiam. parte. 1. fo. 246. G.
Affectus dei patris ad filium, scilicet amoris, etiam secundum humanitatem non venit ex passione, sed magis precessit, sed aliquis amoris effectus sequitur, scilicet glorificatio corporis Christi in eius resurrectione. parte. 5. fo. 216. H.
Affer affer clamāt ecclesiasticorū amor inordinatus, pprie excellentiæ, & inordinatus zelus carnalis parentelæ. Et non solum clamāt, Affer affer, sed Aufer aufer, tolle vi, tolle fraude. parte. 1. fo. 110. 210. H.
Affirmatio ali quando ponitur pro negatione. Sicut cum dicitur alii cui male perenti ironice. Ego faciam quod petis. parte. 4. fo. 229. B.
Afflicti cordis proprium est, vt in omne quod appetit si possit fieri, cur ita vel non ita sit, diuinis sibi vocibus responderi velit: vt deum de cuncta rerum controuersia consulat, & responsionis eius cognita ratione conuiescat. parte. 3. fo. 62. A.
Afflicti à daemonebus per melodiam seu per aliqua alia sensibilia possunt afflictionem leuius ferre, & hoc dupliciter. parte. 2. fo. 110. 81. A.
Afflicti quando tacendo celat afflictionem suam interius, magis affligitur, quàm si exterius aperiat loquēdo. parte. 3. fo. 25. G. Et fo. 32. C. Item parte. 4. fo. 246. G.
Afflictorum mos est de sua afflictione loqui per modum querelæ. parte. 3. fo. 21. H.
Afflicti conſolatur ex signis veræ compassionis, sicut portans graue pondus, ex comportantibus alleuiatur. parte. 3. fo. 10. C.
Afflicti solent alijs afflictiſ compati. parte. 4. fo. 36. B.

Aff

Aga

Age

Agg

Agri

Afflicti potest habere remedium dupliciter. parte. 3. fo. 40. G.
Afflicti dicuntur esse in carcere secundum communem vsū loquendi. parte. 3. fo. 21. H.
Afflictionibus eruditur Christianus. parte. 3. fo. 145. E. Intel.
Afflicti cū tanta nos deprimit, vt nullius rei consolatione respirare animus possit, non iam flagellis solummodo ferimur, sed etiam cingimur, quia tribulationū verbere ex omni parte circumdamur. parte. 3. fo. 40. E.
Afflictio mentis & corporis magis apparet in oculis, q̄ in alijs partibus. parte. 3. fo. 216. G.
Afflictio in presenti nō semp̄ est punitio peccatorū, sed tentatio aliquā, ob cumulū meritorū & p̄miorum. parte. 3. fo. 20. G. H.
Afflicto dans afflictionē iniuste, per quem significetur, & que ei poena. parte. 2. fo. 114. D.
Afflicti cum sumus, nec tps, nec modū p̄scribere dño debem, sed magis arbitrio eius cuncta relinquamus. parte. 2. fo. 298. E.
Afflicti, nō cognoscunt vicia, à quibus reprobari reflitunt, que letos nouerant, id est pen etrabant. parte. 3. fo. 10. E.
Afflictiois populi Israel in Aegypto, duplex causa fuit. Vna, fuit mutatio regni &c. Alia causa fuit, inuidia Aegyptiorū cōtra filios Israel &c. & que fuit causa inuidiæ. parte. 1. fo. 123. G.
Afflictio Iudeorū per Romanos, fuit quedam figuratio iudicij finalis, propter quod quæſierunt apostoli de tempore vtriusq̄ scilicet de destructione ciuitatis & templi, & de aduentu sui iudicij. parte. 4. fo. 52. G.
Quid quid affligit, gladius solet dici. parte. 4. fo. 6. A.
Affligere qui se nō potest continere, cinere vt panem manducare: porcum cum sicut temperare, & his similia, semetipsum ad cōtemplandū deum, legis studij penitendo offerat, totā mētē suā cœlesti conuersationi cōsecrans, terrena plenissime deuitas, vñ sperat temissio peccatorū, & iustificatio. p. 1. fo. 211. F.
Africa in Aphrica.
Agar ancilla Saræ vñ & à quo fuerit propagata. parte. 1. fo. 66. H. Et fo. 67. F. H.
Agar vt dicunt Hebræi fuit filius regis Aegypti: nec istud est abſonum rationi &c. parte. 1. fo. 66. H. & fo. 77. F. G.
Agar an in fuga fuerit passus abortum in poena contemptus dñæ fuit, & superbi recessus à dñā &c. & an miraculosè reuiuificatus fuit in vtero extinctus. parte. 1. fo. 67. C. H.
Agar quomodo imposuit in humeris puerum tā grandē, Iſmaelem, scilicet quando expellitur &c. parte. 1. fo. 76. B.
Agar quomodo puerum annorum amplius. xv. sub arborē proiecit. parte. 1. fo. 76. C.
Agar vidisse angelum & quo modo, diuersis modis exponitur. parte. 1. fo. 67. F. G.
Agar scortum extinctum in poena cōtēpti dñi fuit viuificatū recepit vt dicit Hebræi &c. Et p̄pter rationē huius miraculi puer p̄nominat⁹ est ab angelo anteq̄ natus esset. p. 1. fo. 67. C. F. G. H.
Agar vt Hebræi suspicant, mutato nomine est Cethura: que Sarra mortua de cubina transferat in vxorem. Et quare. parte. 1. fo. 83. B. D.
Agar mater Iſmaelis fuit vxor Abrahe, & etiā Sarafē quia ista fuit principalis, Sara scilicet, retinuit ipsa nomē libere, & alia nomen ancillæ. parte. 6. fo. 85. G. Item parte. 1. fo. 100. G.
Agareni ab Agar ancilla dicti sunt, sed nomine libere velauerūt ignominiam ancillæ: & dicuntur nunc Saraceni. parte. 4. fo. 74. E. Et fo. 171. F. G.
Agarē q̄ & Saracē dicit, Mahumeto duce Aegypti & Aethiopia cōperit circa finē imperij Heradij. Similiter Hommar⁹ discipul⁹ Mahumeti Damascū & regionē Pheniciæ & Ierusalē totāq̄ Syriā & Antiochiā cōprehendit. pte. 6. fo. 262. A.
Agareni habitabant tantum in tentorijs, & ideo melius poterant custodire oues portando habitacula sua de loco ad locum ad inueniendum pascua. parte. 2. fo. 212. D. Itē parte. 3. fo. 356. C.
Vide etiam in Mahumet & Saracenus.
Agere rectē aliqui volunt, sed eis infirmis, aliqua in presenti obſistunt, & dum hec pati metuumt, deum offendunt: & hi sunt qui timent pruinam &c. parte. 3. fo. 19. G.
Ager signat laborē positū i exercitio vite actiue, & operibus misericordie, in regimine ecclesie. parte. 5. fo. 46. C.
Ager, mundus dicitur. Ager etiam, non terrę solū, sed corda humana, que angeli exceperūt excolendum. parte. 1. fo. 294. E.
Agrinum. Vide in loco suo.
Agge⁹ & Zacharias licet in eodē anno p̄phetauerint, Aggei tñ p̄phetia, præponit⁹ p̄phetie Zachariæ. Et quare. p. 1. fo. 16. G.
Agiographa sicut & prophetica multipliciter dicuntur. parte. 3. fo. 85. F. Et quare hoc nomen Hebræi imposuerunt. Ibidē. Item parte. 1. fo. 2. A. B. quot & qui libri inter agiographā enūmes

Afflicti

rentur. Item parte. 1. fo. 2. B. Item parte. 6. fo. 275. E.
Agnitionem sui dedit deus: & homo offert ei fidem suam & affe Agni. parte. 1. fo. 300. E.
Agnominare mulierem est eā ducere in vxore. parte. 1. fo. 167. E.
Agnoscentes hoc quod sumus, nec deſtucendo imis subijcitur, nec superbiendo de sublimibus inflamur. parte. 3. fo. 65. F.
Agnus tria ministrat possidentibus. f. lac, lanā, & esum carnis suę. Et sensus horum mysticus. parte. 5. fo. 189. F.
Agnus anniculus ab octauo die natiuitatis, & non ante, vsq̄ ad completionem anni, & non post, poterat immolari apud Iudeos. Et ratio quare. parte. 1. fo. 146. F.
Agnus masculus anniculus &c. qua necessitate ita translatum est, quasi agnus possit esse, non masculus &c. Vel quare non sic translatum est. Pecus perfectum masculum anniculum. Vel quare non sic. Ouis mascula &c. parte. 1. fo. 146. A.
Agni paschalis sacrificium est primū inter precepta Moſaice legis, scilicet in ordine preceptorum populo Israelitico à deo per Moyſen iniundorū. Et primū sacrificiū à toto populo Israelitico celebratum. parte. 1. fo. 151. H.
Agni paschalis immolatio duplici sensu grauida est. Vnus est, status populi exiitis de Aegypto, & est literalis & primus. Ali⁹ est prefiguratio Christi passuri &c. parte. 1. fo. 145. H.
Agnus paschalis p̄cipiebatur accipi à decima die mensis & vsq̄ ad decimam quartā seruari duplici de causa. Et an talis preceptio p̄ quatuor dies, obligabat in futurū. parte. 1. fo. 146. D.
Agni paschalis immolatio spiritualis ad sensum literalem adaptatur. parte. 1. fo. 15. G.
Agnus paschalem offert qui totā spem suam in eius immolatione ponit, scilicet in sua passione. parte. 1. fo. 275. A.
Agnus quare magis immolabat q̄ aliud aial: & deficiente agno quare magis immolabatur hœdus. parte. 1. fo. 146. F. G.
Agnus secundum Hebræos doct. p̄cipuos, est de quo immolatio paschalis debebat fieri, non de hœdo. Et hoc congruit tam caute literali huius sacrificij q̄ etiam figurali. Et huius declaratio. parte. 1. fo. 150. b. C.
Agnus paschalis tria figurabat, que in sacramento eucharistiæ sunt. parte. 1. fo. 151. H.
Agnus qui ad purificandū populū datus est, si Christum significat, consequenter cetera animalia purificationis deputata, referuntur ad alias personas, q̄ aliquid purificationis conferunt humano generi. parte. 1. fo. 315. F.
Agnus quare dicitur Christus magis quam bos, vitulus, capra, cū tamen illa etiā immolabantur in lege. parte. 5. fo. 189. G.
Agnus debebat immolari, non autem hœdus in solennitate paschali, licet agnus imolatus, accipiendus esset de grege, in quo essent agni & hœdi. parte. 2. fo. 237. C. H.
Agnus ad vesperum immolabatur. Ibi manifestatur in vltima ætate futuram nostram reparationem per Christi imolationē. parte. 6. fo. 247. F.
Agnus denocte comedimus, quia modo in sacramento dominicum corpus accipimus, quando adhuc inuicem nostras conscientias non videmus. parte. 1. fo. 146. E.
Agnus paschalis in lege, figurauit Christum verum agnum, illi ossa non frangebantur, nec Christi ossa cōminuta sunt. parte. 5. fo. 240. B.
Agnus non coques in lacte matris suæ quomodo intelligatur (ait Augu.) ad verborū proprietatem, nescio vtrum possit referri. parte. 1. fo. 173. A. C. Et fo. 206. B.
Agricola quando cœpit esse Noe. Vide in Noe.
Agri redemptio secundum legē taxabatur secundū quantitatem seminis qua seminabatur &c. parte. 1. fo. 263. G.
Agrum ille consecrat & redimit, qui conuersationem suam alij gubernandam permisit, sed eo iuuante prouectus, intellectum proprium addit, vt seipsum regere possit. parte. 1. fo. 263. F.
Agricolare videmus quosdam nunc ex voluprate: que amplior fuisset in statu innocentie, cum nihil aduerſi accidisset de cœlo vel terra, & hoc modo postus fuit Adam in paradiso, vt operaretur &c. parte. 1. fo. 37. C.
Agricultura nō erat laboriosa homini ante peccatū, erat enim nisi ad recreationem & virtutis exercitium. parte. 1. fo. 43. B.
Aha. Vide in A a domine &c.
Alias duplici de causa scidit pallium suum. parte. 1. fo. 149. D.
Alas p̄torum licentia angelis pingit, & vnde hoc trahunt. Et quare. parte. 1. fo. 177. A.
Alæ cum in significatione angelorum ponuntur, quid significent. parte. 2. fo. 136. A. Et fo. 216. B.
Alæ cum in sanctorum hominum figuram ponuntur, virtutes eorum significant quibus ad cœlestia volant &

conuerfantur. parte. 2. fol. 136. A. Et fol. 216. B
 Ale dicuntur doctrine duorum testamentorum, que nos ab infimis ad celestia portant. parte. 1. fol. 161. E.
 Alii sex debent ascendere vel volare viri ecclesiastici, scilicet predicatorum & doctores, similiter & descendere &c. p. 6. f. 247. D. E.
 Alig bestiarum quas vidit Daniel quid literaliter & moraliter significant. parte. 4. fol. 309. G.
 Alei sex quas vnus quodque quatuor animalium habebat, quod significat: & prima ala est lex naturalis, secunda lex Moisaica, tertia prophetarum oracula, quarta euangelium conciliorum: quinta doctrina apostolorum, sexta statuta generalium conciliorum. parte. 6. fol. 247. D.
 Albani populi sunt in partibus Asiaticis Scythiis: & vnde dicuntur. parte. 1. fol. 10. H.
 Albatio siue dealbatio aliquando laudabiliter, aliquando culpabiliter ponitur. parte. 1. fol. 333. D.
 Albaros viros vocat Mahometus apostolos. parte. 6. fol. 249. B.
 Alchimistis qui nuntur metalia & lapides sophistare maxime videntur sulphure. parte. 3. fol. 53. C.
 Alchimus summus pontifex, sacerdos fuit non de iure, sed de facto intrusus primo per Antiochum Epiphaneum: quia licet esset de genere Aaron, tamen non descendit ab eo per lineam sacerdotalem. parte. 4. fol. 444. C.
 Alchoranus nefandissimus saepe precepit seruare legem & euangelium, & tamen vtrique despiciunt Saraceni. parte. 3. fol. 276. E.
 Aleph doctrina interpretatur. parte. 3. fol. 262. D.
 Alexander magnus natus fuit de adultera: & quomodo adulter Nestanebus nomine, per illusiones magicas hoc operatus est. parte. 4. fol. 415. D.
 Alexander quo primus regnasse dicitur in Grecia, cum multi ibidem in diuersis locis ante regnasse reperiantur &c. parte. 4. fol. 429. A. B.
 Alexandri magni multa victoria, & de quibus prouincijs. parte. 4. fol. 429. A. B. C. E. F. G.
 Alexandri magni victoria nihil velocius fuit, qui ab Illyrico & Adriatico mari vsque ad Indicum Oceanum &c. non tam bellis quam victorijs cucurrit &c. parte. 4. fol. 309. E. F.
 Alexander magnus propter quatuor quos in eo fuerunt sic cedere habuit victorijs. parte. 4. fol. 309. G. Et fol. 429. H.
 Alexander in Macedonia existens vidit deum in similitudine summi pontificis Iudeorum indutus pontificalibus indumentis, seu ornamentis, promittentem sibi victorijs. parte. 4. fol. 309. G.
 Alexander occurrit sacerdoti princeps Iadus nomine, cum alijs sacerdotibus, & humiliter honorifice suscepit eum, & Alexander in mansuetudinem versus fuit &c. parte. 2. fol. 265. A. C. D. Item parte. 4. fol. 412. B.
 Alexander magnus sic triumphauit, non virtute sua, sed virtute a deo sibi data &c. parte. 4. fol. 309. G.
 Alexandro missa fuit puella veneno nutrita, vt sic per incotinentiam suam accedens ad eam intoxicaret: & quomodo Aristoteles eum promouit. parte. 4. fol. 312. H. Et fol. 314. A. Et fol. 429. E.
 Alexander per magnam tempestatem post Isaiam, & aliquid tempus ante Christi aduentum fecit Nilum diuidi in septem portiones intra mare mediterraneum separatim cadentes &c. Et quare parte. 4. fol. 29. H.
 Alexander destruxit ciuitatem que dicebatur Tyrus, vnde quidam circa ceteram, & lapidibus & lignis terram in mari impositis, totius gauit eam littori: & sic ea cepit atque exussit. parte. 4. fol. 415. C.
 Alexandria metropolis Aegypti prius tunc scilicet Hieremie Nun (alias) No dicta fuit, & Nabuchodonosor eam destruxit: sed Alexander, Aegyptio obrenta eam reedificauit, ampliauit & nomine mutato priori, ex nomine suo Alexandria eam noiauit. parte. 4. fol. 167. H. & fol. 388. B. D. G. Item parte. 1. fol. 11. D.
 Alexander responsum habuisse perhibetur ab arboribus folijs & lignis confectis, quod moreret antequam ad matrem & sorores rediret &c. parte. 4. fol. 429. H.
 Alexander separauit & diuisit bonam terram bellatoribus suis. parte. 4. fol. 415. D.
 Alexander magnus mortuus, quatuor habuit successores quibus diuisum fuit regnum eius, scilicet Ptolemaeus in Aegypto, Seleucus in Syria, Antigonus in Asia, & Philippus in Macedonia. parte. 4. fol. 309. G. Et fol. 313. A. Et fol. 322. H. Et fol. 323. A. Et fol. 428. G. H. Et Iacobi. fol. 429. E. F. G.
 Alexandri magni successores quot & qui fuerunt vsque ad Cleopatram, oculariter in figura demonstratur. parte. 4. fol. 323. A.
 Alexander mortuus est, xij. anno regni sui: & carnis suae anno. xxxij. in Babylone. parte. 4. fol. 313. C.
 Alexandri magni historia multa in se habet, parum habetia de apparenia veritatis. parte. 2. fol. 305. H.
 Alexander de Ales fuit maximus rheologus temporibus suis. parte. 4. fol. 57. H.

Alienigena omnis est, qui est extraneus Iudeorum, siue sit gentilis, siue Iudeus baptizatus. vt dicit Rab. Sa. de maledictione agni paschalis. Sicut etiam apud Christianos ad eucharistiam nullus admittendus est nisi catholicus. parte. 1. fol. 149. D.
 Alienigena, Allogenes, Allophylus quid & quam differenter significant. parte. 1. fol. 167. E.
 Alienigenae mulieres erant in duplici differentia in veteri testamento. Et cum quibus licuit contrahere Iudeis, & cum quibus non. parte. 2. fol. 128. H.
 Alimenti vsus duo respicit, scilicet nutritionem & augmentum. parte. 1. fol. 24. G.
 Alimento quod vsus vel quantum quis capiat &c. non interest, sed quam facile & laeto animo his careat, cum his oportet vel necesse est carere. parte. 5. fol. 30. A.
 Allegationes Moysi ad deum placandum pro liberatione populi, fuerunt, filiatione populi, pietas dei, & patrum merita. parte. 1. fol. 198. H.
 Allegoria historiarum tantum pcellit quatuor poma folijs. parte. 2. fol. 283. E.
 Allegorice aliquid significare quid sit. parte. 6. fol. 85. F.
 Allegorice intelligi aliqua, an necessarii sit cum secundum litteram stare possunt. parte. 1. fol. 294. B.
 Alleluia non est vna dictio vt creditur aliqui, sed duae in Hebraeo: quia allelu significat laudare, & est verbum imperatiui modi. parte. 3. fol. 242. C. Item parte. 6. fol. 268. H. dicitur sic, duae dictiones sunt in Hebraeo. Nam alle id est e quod laudate, luia nomē, diu.
 Alleluia quando ponitur in adfcriptione quae nullus interpretatus est. parte. 3. fol. 241. E.
 Alleluia alleluia, quid dicitur vni alleluia ad finem superioris psalmi pertinere quando sic dupliciter reperitur, alterum esse frequentis. Hanc regulam tenet Hieronymus & Cassiodorus, sed plures aliter dicunt &c. parte. 3. fol. 244. A.
 Alleluia magna id est hymnus magnus vocatur ab Hebraeis. Laudate pueri dominum &c. cum quinque sequuntur. Et singulariter de eo faciunt solemnitatem, & quomodo deo & quando eum cantant. parte. 3. fol. 255. H. Item parte. 2. fol. 204. B.
 Alleluia quare intermittitur a Septuagesima vsque Pascha, & duplicatur post hebdomadam Paschae. parte. 3. fol. 173. E.
 Allicientia ad peccatum & detinuit in ipso, significat per lectum, in quo iacet quis prostratus: Et habet noue cubitos longitudo & quatuor latitudinis. Et est moralitas exemplaris & notabilis. parte. 1. fol. 333. H.
 Allophylus qui & Palestini seu Philistaei, vnde denominantur. parte. 1. fol. 11. D.
 Alma semper virginem significat, & habet etymologiam apocrypha. ab eodem dicitur, & est virgo nimia diligentia custodita, & maioris laudis videtur esse quam virgo. parte. 1. folio. 81. F. Item parte. 4. fol. 21. C. D. Vide etiam in Alma
 Aloe est arbor aromatica cuius lignum est valde odoriferum, & contritum valet ad medicinas & vnguenta. parte. 3. fol. 362. C.
 Aloe non tantum vim habet quantum myrrha, sed tamen valet contra putredinem. parte. 3. fol. 362. A.
 Alpha & omega sunt duae litterae Graecorum, scilicet prima & vltima, & signant deum principium, & finem esse omnium. parte. 6. fol. 242. B.
 Alphabeto quadruplici describuntur lamentationes Ieremiae. Et quare. parte. 4. fol. 178. F.
 Altaria duo in templo erant, vnum incensum interius, alterum holocaustorum exterius. parte. 5. fol. 156. E.
 Altare aureum quod idem est quod altare incensum non erat intra sanctum sanctorum, sed extra, inter mensam propitiacionis & candelabrum. Et hoc secundum Hieronymum, & alios doctores. Sed secundum Augustinum, erat intra sanctum sanctorum. parte. 1. fol. 195. D. Et fol. 213. C.
 Altare incensum an & quando dicendum sit thuribulum aureum. parte. 1. fol. 195. Et fol. 197. B. D.
 Altare holocausti erat preceptum fieri de terra, & quare, vbi creabantur hostiae. Sed altare incensum de lignis sethim. parte. 1. fol. 165. E.
 Altaris holocausti dispositio & forma in pictura cassiodori senatoris, cuius ipse in expositione psalmodum meminit, figuratur. parte. 1. fol. 186. A.
 Altare holocaustorum erat quadratum secundum longitudinem & latitudinem quinq; cubitorum. Altitudo autem eius erat trium cubitorum. Et erat factum ad modum arcae quadratae carentis fundo & operculo: ita quod habebat superficiem terre pro fundo, & interius concauum erat. parte. 1. folio. 185. H.
 Altaris holocausti concauitas, quando fruabatur & stabant castra

castra & altare, implebatur terra vsque ad summum &c. Et quando mouebantur castra, amouebatur altare de tabulis factum & remanebat terra. parte. 1. fol. 186. C.
 Altare holocausti sic nominabatur, non quia hostiae holocausto rii ibi tantummodo offerrentur, sed etiam cum hoc hostiae pacifice, & pro peccato: sed quia hostia holocausti dignior erat, ideo deionis naba altare holocausti, tanquam digniori. parte. 1. fol. 186. D.
 Altare holocaustorum debebat esse de terra vel lapidibus non sectis: Et quare. Et quomodo preceptum fuit fieri illud delignis sethim operis ere &c. parte. 1. fol. 165. F.
 Altare holocausti non erat intra tabernaculum sed extra in acrio tabernaculi. Et quare. parte. 1. fol. 186. D.
 Altare quod fecerat Moyses erat multo minus quam altare templi Salomonis. parte. 2. fol. 216. H.
 Altari prius posito, postea fecerunt templum quod de captiuitate Babylonica liberati Ierosolymam venerunt. Et quare. parte. 2. fol. 244. B.
 Altare si vis esse dei, exinaniri te ipsum ab omni contagio mundanorum, vt in te ligna verborum coelestium locum habeant spaciolum, capiatque libramm spiritus sancti &c. parte. 1. fol. 186. E.
 Altare primo edificatum spiritualiter, cum ante omnia in corde nostro fidem dominice incarnationis & passionis collocamus & auditoribus tradimus. parte. 2. fol. 243. E.
 Altare edificatum Iesus ex his tanquam lapidibus viuus super fundamentum spirituale, qui orationibus & obsecrationibus vacat, & supplicationum victimas immolant. parte. 1. fol. 13. F. Et fol. 135. F. G.
 Altare vnum faciunt omnes in vnitatem fidei, & concordia charitatis. parte. 1. fol. 165. E.
 Altare habeat quicquid in se defixit: In quo orationum hostias, & misericordie victimas offerat, in quo continetur cultus superbiarum quasi taurum immolet iracundiarum quasi arietem iugulet, luxuriam & omnem libidinem tanquam hircos & hircos litet. parte. 1. fol. 210. B.
 Altare incensum habeat quicquid in penetrabilibus peccatis: vt dicat Christi bonus odor sumus deo. parte. 1. fol. 210. B.
 Altare holocausti est fides pura, doctrina recta, & conuersatio munda Christi ministrorum. parte. 4. fol. 438. E.
 Altare humilitatis nisi in arca cordis per lumen recte fidei & vere dilectionis homo deo constituat, non placatur deus ab homine. parte. 2. fol. 207. E.
 Altaris ad ministerium si quis electus thymiana orationum non redit, sed facrosancta mysteria sine ablutione copulationis intrat &c. mors illi timenda est eter na. parte. 1. fol. 196. E.
 Altare vnum in ecclesia dei, est Christus: & sunt sancti altaria ab hoc altari dicti sicut lux a luce &c. parte. 4. fol. 186. B.
 Altare ignori dei, apud Athenienses. parte. 4. fol. 438. E.
 Altaria faciebant idololatre valde solenia de marmoribus & metallis. parte. 1. fol. 165. E. F.
 Altaria fuerunt constructa idolis in Ierusalem in singulis vicis & plateis & maxime tempore Manasse regis. parte. 4. fol. 128. C.
 Alternari morore & letitia in vniuersumque electi aioribus modis inuenimus, scilicet conuersione, probatione, morte &c. parte. 3. fol. 63. B.
 Altiora loquens minus capaci, non utilitatem: sed sui ostentationem facit. parte. 9. fol. 35. E.
 Altitudo mundi secundum philosophos est polo antarctico, secundum tamen apparetur hominibus est in polo arctico sibi opposito, quia iste polus est nobis semper manifestus, & super nostrum hemisphaerium, & eleuatur. parte. 4. fol. 33. C.
 Amabilis dicitur est Ionathas super amore mulierum, & hoc potest intelligi dupliciter &c. parte. 2. fol. 98. F.
 Amalechites a quo nomen & originem traxerunt, an scilicet Amalech fuerit filius Hismael, vel Eliphaz primogeniti Esau. parte. 3. fol. 159. A. H.
 Amalech dicitur principium gentium, non primae antiquitate, ante quem fuerunt multi gentes, sed dicitur principium gentium quod insurrexerat prius contra filios Israel post exitum de Aegypto. parte. 1. fol. 309. A. B. C. D.
 Amalechites vtriusque sunt duae gentes eiusdem nominis, & quid mystice designent. parte. 1. fol. 309. B. C.
 Amalechitarum reliquiae duplices fuerunt, quaedam quae euaserunt manu Saul, & quaedam quae manu Dauid &c. parte. 2. fol. 195. D.
 Amare in Amor.
 Amantudines scribere dicitur deus & non loqui, dum diu super nos eius flagella perdurant. parte. 3. fol. 32. B.
 Ambitiosi quae semper querunt ascendere ad gradum indebitum, & per

Amodum illicitum, dicuntur idololatre super colles parte. 1. fol. 344. H.
 Ambitiosi dignitatis & officiorum in religionibus & ecclesijs, merentur poenam ignis gehennalis, & significant per viurpantes sibi sacerdotium in veteri testamento. parte. 1. fol. 291. D.
 Ambitiosorum verba falsa, opera ficta, & occulta munera, pro quae ipsi querunt obtinere in ecclesia gradum indebitum sibi significatur per thuribula &c. & quare. parte. 1. fol. 291. D.
 Ambitiosi habentes prelatum in ecclesia, & volunt per hoc propter ceteris promoueri, significatur per discipulos qui pro matre perierunt a Christo pro ceteris discipulis alijs honorari. parte. 5. fol. 63. D.
 Ambitiosus quilibet, qui pro sua promouendi consequenda flagitia facere non formidat, sed deo iuste faciente non obtinet, propositum, sed magis interitum significat per Menelaum &c. parte. 4. fol. 476. D.
 Ambitiosus vt propositum obtineat, facit fauor populi: Facit etiam ad hoc apparentia celsi circa cultum dei, & per has vias & confimiles querunt ambitiosi bonos superiores a suo statu deicere, vt sic ad eum possint ascendere. Et significatur per Absalonem &c. parte. 2. fol. 112. H.
 Ambitiosus qui facit diabolo sacrificium, vt per hoc promoueat ad dignitatem significatur per alchimium, qui Demetrio coronam auream & palmam, obtulit vt per hoc summum sacerdotium obtineret. parte. 4. fol. 477. D.
 Ambitiosi qui inter seculares vel religiosos seminant contentiones vel discordias, aggregant sibi causam magnam, vt obtineant multitudinem, quo ceteris non poterat ratione (hoc in principio) & regnis quantum ad statum laicorum in ecclesijs verum quantum ad statum clericorum, in religionibus verum quantum ad officia religioforum significat per Chore, Dathan, & Abiron. parte. 1. fol. 290. D.
 Ambitiosus maliciosus, qui quod non potest obtinere pro potestatem, studet habere per maliciam fraudulentam, significatur per Abisac &c. parte. 2. fol. 127. H.
 Ambulandi modus tempore Abrahamis erat, quando aliquis superior arat duobus alijs, quod ille ambulabat in medio. Et in hoc cognouit Abraham quis fuerat superior de tribus viris &c. vt tradunt Hebraei. parte. 1. fol. 70. C.
 Ambulare coram deo, est deo, & post deum, quomodo differat: & quid horum singulorum representat. parte. 1. fol. 69. C. D. E.
 Amen Hebraice, verum latine, quod nullus interpres mutauit. Et quare. parte. 5. fol. 212. A. Item parte. 6. fol. 55. F.
 Amen hanc dictionem Iohannes euangelista solus duplicat, & quare. parte. 5. fol. 202. G. Item parte. 3. fol. 244. A.
 Amen vbi duplicatur in sacra scriptura, est signum magne certitudinis & firmitatis. parte. 5. fol. 191. F.
 Amen aduerbium est etiam affirmandi in latino, et similiter in Hebraeo. Et si quando geminat, per tale duplicem affirmationem insinuat, quod est irrefragabilis veritas parte. 6. fol. 242. B.
 Amen respondetur hodie a sacerdotibus orantibus: & quare hoc, & vnde ille mos introductus est. parte. 2. fol. 205. A.
 Amen non legitur in veteri testamento, in dei persona, aliqua affirmatiue annunciantis seu promittentis sed solum in persona hominis supplicantis. parte. 4. fol. 106. B. C.
 Amens quae bruti animalia in agris & siluestribus locis quis nesciat viuere. parte. 4. fol. 303. E. Et fol. 304. D.
 Amicus lapis preciosus, & eiusdem moralitas. parte. 2. fol. 273. F. G.
 Amicitia humana triplex est, scilicet, vtilis, delectabilis, & honesta: & quomodo inter se, altera, ex altera causat. parte. 3. fol. 145. F.
 Amicitia quot & quibus gradibus nobis acquirere valeamus. parte. 3. fol. 393. E.
 Amici inemendabiles sunt a nobis alienandi, ne per immunditiam eorum, & ipsi polluti per eam. parte. 5. fol. 56. B.
 Amicitiae dissoluantur per lites & bella, & per oppositum reformantur & conseruantur per dulcia verba. parte. 3. fol. 409. D.
 Lex legitime vtendi multiplex est modus, vt scdm aliud iustus, & scdm aliud iniustus rectē dicatur legitime vti lege. parte. 6. folio. 117. A.
 Legis opera bipertita sunt, partim in sacramentis, partim in moribus accipiuntur: & horum declaratio. par. 6. fo. 82. B.
 Legis triplex utilitas. Prima est punitio peccatorum, scdā hominum conclusio sub peccato, tertia introductio ad fidem Christi & c. par. 6. fo. 83. D. G. H.
 Legis sub titulo omnia quæ subscribuntur, in lege querere debeo. par. 1. fo. 294.
 Lex diuina sub cultu vniuersi populi data, dupliciter datur. parte. 1. fo. 124. C.
 Lex dupliciter dicitur. Generaliter omnia hæc, mandatorum, iustificationes, præcepta, testimonia, iudicia, lex dicitur. Specialiter autem aliqua pars eorum quæ in lege scripta sunt. par. 1. fo. 294. B.
 Legis Moisaicæ explanatio an & quomodo facta est in vnderario dierum eundō per viam, cum talis explanatio requirit quicquid doctoris & auditoris. par. 1. fo. 329. G.
 Lex cū daretur in monte Sinai à domino, cœperunt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes densissima operuit montem, & realiter mōs tremuit, & ex nube densa fluxerunt aquæ, & descendit dominus super illum montem: & quid ista figurabant. par. 2. fo. 37. D.
 Legis verba terminantur in denario numero. Denarius em cōstat ex denario & binario, vel ex septenario & ternario, vel ex fenario & quaternario: & horum singulorum mysterium. parte. 1. folio. 341. F.
 Lex scdm Hebræos continet multa præcepta, scilicet sexcenta & vnde cū ideo difficile est obseruare ea absq̄ delicto. par. 3. fo. 111. C.
 Legis antiquæ firmitas vel duricia significatur ferro: quæ sicut ferrum omnia metalla domans contumaces rigore iusticiæ vel domuit corripit, vel punitur conterendo. par. 1. fo. 375. F.
 Legis veteris homines ad eiusdem obseruationem inducebantur per temporales promissiones & comminationes. Nouæ verō legis homines, & præcipue in primitiua ecclesia ad contemptū temporalium inducebantur, quare & quomodo. parte. 6. fol. 89. C. Item par. 6. fo. 20. D.
 Lex vetus scripta est digito in tabulis lapideis, noua lex diffusa in cordibus, & quomodo diuersa efficiant. par. 6. fo. 64. F. G.
 Lex per Moysen significata, mystico velamine est cooperta, & in delibus occulta: habet & cornua duorum testamentorum, qui bus contra dogmata falsitatis incedit armata. par. 1. fo. 206. F.
 Lex Moyfi sacrificium est sacerdotis, quæ in duas partes diuidit, scilicet litteram & spiritum: littera offert mane, vespera datur spiritus. par. 1. fo. 224. A. B.
 Lex vetus ordinabat actus exteriores: de moribus autem interiorum parum se intromisit, lex autem noua illos ordinauit & c. par. 3. fo. 111. H.
 Lex vetus non perducebat ad vitā beatam, lex autem noua sic. par. 3. fo. 111. H.
 Lex licet fuerit data populo Israel specialiter, tamen data est oib; generaliter, in q̄ntum ad eam admittebantur in his quæ sunt necessaria ad salutem. par. 3. fo. 404. G.
 Lex primū fuit combusta per Ammonitas, sed fuit per Eisdram parata. par. 4. fo. 181. H.
 Lex antiqua dicitur lex timoris & seruitutis, sed noua amoris & libertatis. par. 6. fo. 211. F.
 Lex vetus data est in terroribus, noua autem sedēdo & in quiete, ideo dicitur lex amoris. par. 5. fo. 18. B. & fo. 123. H. & fol. 226. D. Item par. 4. fo. 336. C. D.
 Lex vetus habuit q̄si statū pueri respectu nouæ legis, & ppter hoc erat lex timoris, lex autē euāgelica est lex amoris. p. 5. fo. 20. B.
 Lex fuit pedagogus, tutor & actor, & quare. par. 6. fo. 84. A.

Lex dicitur porta angusta propter arctitudinem virtutis quæ cōsistit in medio. par. 5. fo. 128. H.
 Lex antiqua duo præcipiebat fieri circa pueros natos, scilicet sacrificij & redemptionem. par. 5. fo. 131. C.
 Lex præcepit spicas dimitti pauperibus in messe. parte. 1. folio 247. C. D.
 Lex concessit de fructibus tantū ad esum, & prohibuit excessum, & deportationem extra. par. 1. fo. 338. F.
 Lex vetus sicut p sanguinis effusione cōfirmata est, sic cōfirmatio noui Testamenti facta est per effusionem sanguinis Christi. parte 5. fo. 235. D.
 Lex vetus confirmatur per nouam. par. 6. fo. 10. A.
 Lex & prophete dati sunt populo Iudæico, quia Christus scdm carnem erat natus in iudea. par. 6. fo. 8. F.
 Quæ lex venturum promittebat, fides euāgelij iam aduenisse testatur. par. 6. fo. 10. A.
 Lex vetus exclusa est q̄ntum ad ceremonialia & iudicialia, non autem q̄ntū ad mortalia. par. 6. fo. 10. B.
 Lex Moyfi dicitur lex mortis, & quare. par. 6. fo. 16. D.
 Qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. parte. 6. folio. 13. A. Interl.
 Lex Moisaica fuit imperfecta respectu legis nouæ, quia primitiua par. 6. fo. 16. B. Item par. 1. fo. 162. D.
 Lex quomodo sit bona, & quomodo mala. par. 6. fo. 17. C.
 Lex vetus non est causa peccati per se, & ostēdit hoc ratione. pte. 6. folio. 16. G.
 Lex aliquoties fuit occasio peccati ex parte nostra dupliciter. Vno modo ab interiori alio modo ab exteriori. par. 6. fo. 16. H.
 Lex antiqua fuit prouocatio iudicij diuini dupliciter. parte. 6. folio. 11. G.
 Lex q̄druplex nature mēbrorū peccati Moyfi. p. 6. fo. 18. A.
 Lex vetus non est causa peccati per se, & ostēditur hoc ratione. par. 6. fo. 10. B.
 Lex noua dicitur nouitas spiritus, & quare. par. 6. fo. 18. B.
 Lex Moyfi est lex spiritus, scilicet spiritualis, quia prohibet peccare, sed non vitare: quia non viuificauit remissis peccatis. p. 6. fo. 18. A.
 Lex vetus virum suo tempore iustificabat. Arguitur pro & cōtra, cum responſione & solutione argumentorum. parte. 6. folio 10. B. C. D.
 Lex Moyfi sancta & dei, quæ ostendit malum, sed non tollit. Lex spiritus quæ est lex fidei & gratiæ, malū tollit. par. 6. fo. 18. A.
 Lex vetus etiam non conferebat gratiam, tamen peccatum ostendebat. par. 1. fo. 338. H.
 Lex Moyfi vocatur littera. Doctrina autem Christi verbum, quia Moyses doctrinam suam tradidit scripro, non autem Christus quia lex euāgelica est lex amoris, & ideo primū fuit scripta in cordibus apostolorum & c. par. 5. fo. 103. G.
 Lex noua respectu veteris dicitur veritas, quia illa fuit figura & umbra illius. Dicitur etiam gratia respectu eius, quia quibus lex vetus ex liberalitate diuina fuerit illi populo data, propter qd potest dici gratia largē & c. non tamen cōferebat gratiam iustificantem. par. 5. fo. 188. G.
 Lex vetus dicitur lex factorum, lex autem noua dicitur lex fidei, non tamen sic intelligendo q̄ patres veteris Testamenti fuerint sine fide & c. par. 6. fo. 82. G.
 Lex vicissitudinem imperat vitionis, euāgelium iūmicitij charitatem, odijs benignitatem, maledictis vota persecutoribus patientiam, elurientibus etiam gratiam remunerationis impit. parte. 5. fo. 142. A.
 Lex iusta est malis quos punit, bonis autem spiritualis est. parte. 6. fo. 17. A.
 Lex spiritus, est spiritus sanctus qui docet quid sit agendum, & qd non, qui est dator vitæ, & hoc per Christum qui dat spiritum. par. 6. fo. 18. A. B.
 Lex vetus carnaliter gustata affert mortem, quia commissā dura animaduersione dstringit, & quia culpam docet, sed non delet. par. 3. fo. 18. F.
 Lex in quinque libris est quasi piscina in porticibus quinque, ægros habet, nec sanat: sed cum angelus, i. Christus venit, turbatur aqua, i. Iudæi crucifigunt, & sanatur æger vnus, i. vnitas corporis Christi. par. 3. fo. 185. B.
 Lex est baculus per seruū Ebraei missus, quo non surgit mortuus, sed veniit ple Eliseus. i. Christus: & cum viuus & adultus cōtra hit magnitudine suam seipsum exinanendo, & coapat se puero mortuo, & surgit mortuus. par. 3. fo. 185. B.
 Lex vetus dicitur testimonium, eo q̄ decem præcepta decalogi

signantur per viginiquatuor seniores in Apocalypsi. parte. 2. folio. 139. F. Item parte. 1. folio. 2. B.

Libri veteris Testamenti ab Hebraeis diuiduntur in tres partes. I. in legem, in prophetas, & in agiographa. parte. 1. folio. 2. B. Item parte. 2. folio. 6. B. in text.

Libri canonici veteris Testamenti à Iudæis recepti, sunt apud eos multipliciter conscripti, Vno modo purè Hebraicè. Alio modo Hebraicè, sed nō purè videlicet sermone Chaldaico, sed literis Hebraicis. parte. 6. folio. 275. F.

Libri veteris & noui Testamentorum secundum aliquos Latinos diuiduntur in libros legales, historiales, sapientiales, & prophetales. Quot & qui in singulis istis cōprehenduntur. parte. 1. folio. 2. E. & folio. 23. A. Item parte. 6. folio. 275. A.

Libri canonici, & non canonici, quot & qui dicantur. parte. 1. folio. 22. B. D. E. F.

Libri non canonici differentia inter se habet. Sūt enim aliqui maioris autoritatis, & aliqui minoris, & qui sint tales. parte. 1. folio. 2. B. C. Item parte. 2. folio. 283. F.

Libri sacre scripturæ qui canonici nuncupantur, tantæ sunt autoritatis, quod quicquid ibi cōtinetur verum tenetur firmiter & indiscussè. parte. 2. folio. 283. F. Item parte. 2. folio. 2. A.

Libri qui nō sunt de canone, recepti sunt ab ecclesia, vt ad morū informationem in ea legantur, tamen eorum autoritas ad probandum ea que in contentione veniunt, minus idonea reputantur. parte. 2. folio. 283. F. Item parte. 1. folio. 2. A.

Libri qui non sunt de canone sunt isti, scilicet libri sapientie, Ecclesiasticæ, Iudith, Tobias, & libri Machabæorum, liber Baruch &c. parte. 2. folio. 283. F.

Libri noui Testa. omnes non semper eiusdem autoritatis recepti fuerunt ab ecclesia. parte. 1. folio. 2. F.

Liber Numeri quare sic dicitur literaliter & mysticè. parte. 1. folio. 265. B. F.

Liber Deuteronomius in templo repertus est decimo octauo anno Iosue. parte. 2. folio. 283. F. Item parte. 4. folio. 209. F.

Liber Deuteronomij secundum Hebræos fuit scriptus à Moyse, excepto vltimo capitulo, quod scripsit Iosue post mortē Moyse. parte. 1. folio. 329. D.

Liber Iob totus rhetoricus, cuius modus est sententiam eandem pluribus modis explicare. parte. 3. folio. 26. B.

Liber Psalmorum totam scripturam continet per modum laudis, qui scriptus est per Esdram prophetam, qui legem combus- tam à Chaldeis reparauit. parte. 3. folio. 83. E. G.

Liber vnus est, liber duodecim prophetarum apud Hebræos. Augustinus verò duodecim libros nominat. parte. 6. folio. 177. E.

Libri duodecim prophetarum in vno volumine coarctantur. Et quare. parte. 1. folio. 15. E.

Libros legis & prophetarum prius ignotos, Christus post resurrectionē manē factā ad instructionem ecclesiæ cōcessit. Et dicitur panes, sed ipse est panis in Euangelio. parte. 1. folio. 157. B.

Libri David, Daniel, Iob, quare inter prophetales libros non cōputantur, nec inter legales. parte. 3. folio. 85. F.

Libri prophetales secundum Hebræos incipiunt à libro Iosue, sed secundum expostores nostros incipiunt libri historiales. parte. 2. folio. 3. G. F.

Liber Tobie licet recipiatur in ecclesia ad legendum pro ædificatione, tamen non est efficax ad probationem alicuius dubij. parte. 2. folio. 81. B. Et non est de numero illorum nouem, quæ propriè dicuntur agiographa. parte. 1. folio. 2. C. D. Item parte. 2. folio. 283. B.

Liber sapientie non est de canone, ideo nō sumitur efficax argumentum de eo. parte. 3. folio. 385. D.

Liber Enoch de quo Iudas apostolus assumit testimonium apocryphus deputatur. parte. 6. folio. 238. F.

Liber Canticorum secundum Hebræos, est de deo & ecclesia Israel, de Aegyptoeducta per ipsum. parte. 5. folio. 5. H.

Liber canticorum totus procedit parabolicè, nec tamen apparet lucidè quibus personis determinate parabola secundum sensum litteralem sint applicandæ. parte. 3. folio. 355. C.

Liber Ecclesiasticus post reditum captiuitatis Babylonice scriptus est. parte. 3. folio. 438. C.

Liber Ieremij cōbū? est, cuius causa habet. parte. 4. folio. 160. B. C.

Libri Machabæorum ab ecclesia recipiuntur propter autoritatē, & non libri Iosephi. parte. 4. folio. 429. C.

Libri Machabæorum quamuis non sint canonici, tamen maioris autoritatis sunt quam Iosephi. parte. 4. folio. 429. C.

Liber secundus Machabæorum est quædam abbreviatio cuiusdam magni voluminis à Iasono Cirenæo conscripti habentis quinque libros parciales, in quibus facta Iudæ Machabæi & eius so-

ciorum discussi tractantur. parte. 4. folio. 460. H.

Liber secundus Machabæorum quantum ad eius præfationem reputatur à multis apocryphus. parte. 4. folio. 462. H.

Libri per Esdram prophetam restaurati post vastationem bibliothecæ à Chaldeis, sunt pauci vnde non habentur: Liber iustorum, Liber bellorum domini, Liber carminum Salomonis &c. parte. 2. folio. 97. E. F. H. & folio. 198. F. & folio. 214. B. & folio. 231. D.

Liber bellorum domini quis sit. parte. 1. folio. 299. H.

Liber iustorum de quo. 2. Regū. 1. fit mentio, non habetur apud nos, nec multi alij libri. parte. 2. folio. 97. H. & folio. 98. B.

Libri Natha prophetæ & Ahie Silonitis nec apud nos, nec apud Iudæos habentur. parte. 2. folio. 221. G.

Libros legis domini secundum Rab. Sal. cum Achaz quereretur ad comburendum, liber Deuteronomij fuit abscondit⁹ in muro templi, & sic cum repararetur muri templi, fuit inuentus. parte. 2. folio. 183. E. Item parte. 4. folio. 209. F.

Liber qui dicitur de infantia Saluatoris reprobatus est tanq̄ ab hereticis confictus, vt patet in decreto Gelasij. parte. 5. folio. 194. D.

Libri de Hebraicis quæstionibus super Genesim edidit Hieronymus, sed liber Hebraicarū quæstionū super libros regū dicit non esse Hieronymi, sed cuiusdam Iudæi &c. parte. 4. folio. 5. C. Item parte. 2. folio. 74. A. Et expressius quis illius autor fuerit. folio. 230. B.

Libris veteris Testamenti, videlicet legalibus, historialibus, sapientialibus, & prophetalibus, qui libri respondeant noui Testamenti. parte. 1. folio. 23. A. Item parte. 6. folio. 239. C.

Libri quinque legis figurat⁹ p̄ quinque equites qui in equis apparuerunt cū frenis aureis decori, & quare. parte. 4. folio. 473. A.

Libri quinque designantur per quinque vectes, qui tabulas tabernaculi continent. parte. 1. folio. 185. H. & folio. 213. F.

Libri quinque Moyse, per quinque panes significat⁹. p. 5. folio. 149. D.

Libri quinque Moyse per columnas quinque tabernaculi designantur, & quare. parte. 1. folio. 185. A. D.

Libri quinque de quibus mysticè tractet & cōsiderent. parte. 1. folio. 203. F.

Libri legis quare diuisi sunt, cum historia tempore diuisa sit. parte. 1. folio. 213. G. & folio. 214. A.

Libri sacri per spicas significantur, in quibus sunt semina verbi dei. parte. 5. folio. 94. H.

Liber propheticus dicitur duobus modis. parte. 2. folio. 61. B.

Liber militie triplici modo dicitur, & quomodo. p. 1. folio. 201. C.

Libri significantur per digitos, & quare. parte. 1. folio. 178. A.

Liberam voluit domin⁹ esse nostram religionem, sed maliciæ deorum adeo feruilibus premunt oneribus, vt tolerabilior sit cōditio Iudæorum; qui non humanis præsumptionibus, sed diuinis subiunguntur institutis. parte. 4. folio. 429. D.

Libri arbitrii secundū sententiā sanctorum tempore nature lapsæ non potest diu vitare peccatum mortale, antequam reparetur per gratiam. parte. 6. folio. 155. D.

Libri arbitrii homo ita violauit, vt iam sine dei gratia, bonū p̄ se agere non possit, enitatur laborare ad virtutes. p. 1. folio. 199. A.

Liberum monstratur hominis arbitrium. Dei est vocare, nostrū credere, ipso tamen adiuuante vt iustū voluntatis præmium cōsequatur. parte. 4. folio. 84. A.

Liberum arbitrium nihil agere i meritorio opere, sed totum esse à deo, &c. Error est. parte. 6. folio. 64. G. & folio. 78. A.

Homo nō potest regi libero arbitrio sine misericordia & iusticia dei. parte. 4. folio. 123. F.

Liberum arbitrium seruatur, nec ex præscientia dei, quasi facere quid, vel non facere, necessitate cogitur. parte. 4. folio. 146. E. F.

Liberum arbitrium & angelo & homini deus permittit ad vniuersa, & quare. parte. 4. folio. 208. F.

Libri arbitrii habilitatem ad bonū diminuit multiplicatio peccatorum. parte. 4. folio. 230. C.

Liberatem arbitrii in Christo non tollebat, quod sciebat passionem suam determinatam à deo patre, à cuius determinatione non poterat declinare. parte. 5. folio. 80. D.

In liberalibus studijs cum locum recitare, vel locutionē, vel laudē vel alias per ordinem materias audierimus ex materie nomine, profectum adolecentis aduertimus. parte. 1. folio. 324. G.

Liberalitas politica habet medium, sed inuisa excedit hoc mediū. parte. 6. folio. 71. B.

Liberalitas est medium inter auariciam & prodigalitatē. parte. 3. folio. 419. D.

Liberare hominem de famis periculo melius est, quàm sacrificiū deo offerre. parte. 5. folio. 41. A.

Liberare à demone homines possunt, sed in dei verbo resurrectio nem mortuis imperare, solius est diuinæ potestatis. parte. 5. folio. 137. G.

Liberatio duplex: Prima Iudæorum à captiuitate Babylonica, Secunda

Secunda fidelium omnium. Et prima figura secundæ est, & secunda tertiæ. parte. 4. folio. 82. D. Item parte. 3. folio. 211. F.

Liberatio Babylonica an fuerit gloriosior & cōpēdior Aegyptiaca. parte. 4. folio. 134. H. & folio. 135. C. D. & folio. 142. G.

Liberatio populi Christiani mirabilis à Saracenis à signo celsitus dato. parte. 3. folio. 194. D. & folio. 190. D.

Liberatus à deo magnificè cōmunis fidelis vel persona singularis, de afflictione magna corporali, temporalis, vel spirituali, ex hoc ad dei laudem deuotè excitetur. p. 3. folio. 195. B. & folio. 196. F. G.

Liberatus ab aliquibus tentationibus dæmonis & timens de futuris, agat gratias de liberatione præcedenti, & oret liberari de sequenti, & congruit ad hoc psalmus. cxxij. parte. 3. folio. 257. H. & folio. 258. B.

Liberatio hominum à periculis spiritualibus, sicut cultura idolotū ab hæresi, à desperatione, à periculo, qd̄ est in regimine ecclesiæ & pro eis d̄ inuitatio ad diuinam laudem. parte. 3. folio. 246. H.

Liberatio à captiuitate Babylonica fuit figura liberatōis p̄ Christum fiendæ. parte. 3. folio. 221. H. & folio. 222. E.

Liberatio regni Iudææ à persecutionibus fuit signū figuratiuū saluationis mundi fiendæ per Christū. parte. 4. folio. 20. A.

Liberatio populi Israel de Babylone facta per Cyrum fuit figura liberationis à potestate dæmonis p̄ Christū factæ. parte. 4. folio. 82. G.

Liberatio populi Israel per Cyrum fuit signū & figura liberationis fiendæ per Christum. parte. 4. folio. 155. D.

Liberatio particularis fuit figura & signū liberationis generalis totius populi Israel fiendæ p̄ manū Moyse qui nō peccauit, Aegyptium p̄pter Hebræos interficiendo. parte. 6. folio. 176. B.

Liberatio Christiani populi & ecclesiæ p̄ orationes honorū de p̄sequutionibus imperatorum Romanorum summo opere efflagitur. parte. 3. folio. 195. D. & folio. 208. D.

Liberatorum diuinitus à periculis & angustijs inuitatio ad gratiarum actionē, vt sunt deuotio, captiuatio ab hostibus, infirmitas corporalis, tempestas in mari à deo missa &c. p. 3. folio. 246. H.

Liberat⁹ deus saepe per homines, & liberat aliquando per semetipsum. parte. 3. folio. 439. B.

Libertas prædicandi & confessio audienti pauperum religio forum frequenter rescinditur & impeditur in præiudicium cōmunis populi. parte. 4. folio. 418. D.

Libertas domum facit, seruitus carcerem. parte. 3. folio. 298. C.

Libertatis cura magna est apud Israelitas. Et nos qui serui peccati sumus in libertate in septenario reuertamur. parte. 2. folio. 14. F. G.

Libertas qua liberati sumus à Christo, est p̄cōrū remissio, & fidei per dilectionē operātis iustificatio. parte. 6. folio. 86. B.

Libertas maximè est desiderabilis à creatura rationali. p. 5. folio. 112. B.

Libertas arbitrii in malis iminuitur, & virtutes auferunt, qd̄ non fit in bonis. parte. 3. folio. 201. A.

Libya est quedā pars quæ propriè dicitur Libya, quæ hoc nomē vniuersæ Africæ competit. parte. 2. folio. 15. F.

Libyæ populus qui erat subiectus regi Assyriorum, & est in extremo fluminū Aegypti vocatur musca, & quare. parte. 4. folio. 30. D.

Libidinis vi, mēs in corpore carnalis fornicationis itatū captiua tur, submergitur & abhorbetur, vt in ipso momento nihil aliud cogitare homini liceat. parte. 6. folio. 41. F.

Libidinē & carnis concupiscentiam Apostolus non laudauit, dicens vsum scemine esse naturalem. parte. 6. folio. 5. F.

Libidinis reumatibus si quis inundatur, & luxuriæ æstibus circūiuitur, non dicitur stare sed sedere. parte. 1. folio. 304. E.

Libidinis incontinentia frequenter impetunt castitatem. parte. 1. folio. 205. E. Interl.

Libidinosum aliquando turpis sermo demonstrat. p. 4. folio. 223. A.

Librarij & antiquarij qui dicuntur. parte. 2. folio. 239. E.

Licentiam reddidit in Iudæā dedit Cyrus Iudæis. parte. 4. folio. 204. A.

Licere potest aliquid & non expedire, expedire autem qd̄ non licet, non potest. parte. 6. folio. 41. A. & sup̄ hoc qd̄ d̄ distinctio, ibidē.

Licere nunq̄ dicitur qd̄ prohibetur. ibidē. B.

Licent multa ratione necessitatis, q̄ alias nō liceret, p. 2. folio. 233. B. G.

Licium aliqd̄ de se sit illicitum ratione alicuius circumstantiæ. parte. 2. folio. 309. C.

Licinius primò fuit Christianus pacificus, tamē cito postea factus est persecutor eorum. parte. 6. folio. 250. G.

Licinius post mortem Constantini persecutus est ecclesiam, & postea Iulianus apostata. Licinius in bello fuit deus, & apud Theffalonicam capite trucidatus: Iulianus à sancto Mercurio lancea fuit transfixus. parte. 4. folio. 88. B. C.

Licium est aliquando sentire contrarium in dictis sanctorū, sed quomodo. parte. 5. folio. 53. G. H.

Lidda est ciuitas Palaestine in littore maris magni sita. parte. 4. folio. 451. A.

Lignum pomiferum denorat omne lignum faciens fructum. Par. Lig. te. 1. folio. 25. H.

Lignum vitæ in medio paradiso &c. quomodo & qualiter sit. parte. 1. folio. 36. F. G.

Lignum vitæ homini datum est ad restaurandum vitam eius, & ad impediendum senectutem. parte. 3. folio. 36. H.

Lignum scientie boni & mali dictum est, vt per illud homo experiretur quanta esset distantia inter bonum obedientiæ, & malū inobediētiæ. parte. 1. folio. 37. D.

Lignum scientie boni & mali erat corporale, sicut aliæ arbores, nec cibo noxium. Qui em̄ fecit omnia bona valde, nihil mali in paradiso statuit &c. parte. 1. folio. 36. G.

Lignū esse scientie boni & mali, quomodo intelligere potuit homo, qui vsum mali nesciebat omnino. parte. 1. folio. 37. G.

Ligna scilicet ad faciendum tabulas tabernaculi & arcæ & mensæ, & aliqua alia, quam Iacob fecit asportare in desertum, & vnde habuit. parte. 1. folio. 176. C.

Lignum ostensū Moyse scdm̄ aliquos erat de natura sua amarum, & sic fuit ibi maius miraculum in quātum per eius immisionem dulcorat⁹ sunt aquæ, & factæ potabiles. parte. 1. folio. 155. H. Item parte. 3. folio. 360. D.

Ligna Libani p̄ tabernaculo, vñ, & à quo dicta sūt. parte. 3. folio. 360. D.

Lignum offensionis dicitur vetitū, per cuius concupiscentiam huius manus genus incurrit mortem peccati. parte. 3. folio. 419. D.

Lignum prædium de vite signat hominem inhabilem ad bonū, parte. 4. folio. 130. C.

Lignum viride quod deficcatur est, significat populum Iudaicū pro maiori parte manentē in sua infidelitate, sed lignum aridū frondescent, significat gentilem populum fructificantem per fidē susceptionem. parte. 4. folio. 236. B.

Lignum vitæ est Christus quo beati fruuntur. parte. 6. folio. 243. G. & folio. 275. B.

Lignum dominicæ crucis qualiter est inuentum, & à quibus per sonis, & etiam vnde ortum habuit. parte. 5. folio. 201. C.

Lignum sanctę crucis, vbi & per quem platurū, & de eius mirabili operatione. ibidē. C.

Lignum Iesu Christi missum in panem quomodo sermonem, sicut verbum & aquam amaram, legem, sicut dulcorauit. parte. 4. folio. 118. E. F.

Lignum propter trophæum dominicæ passionis congruit sacramentis. parte. 2. folio. 262. B.

Ligno, non est in Hebræo, nec in Græco, nec in translatione Hieronymi, cum dicitur in psalmo: Dicite in Gentibus, quia domin⁹ regnauit. Sed est additio &c. Quare hymni ecclesiastici versus: Impleta sunt quæ concinit David &c. scdm̄ additionem conscriptus est. parte. 3. folio. 231. C.

Ligna altaris holocausti quomodo tanto igne vicino incombusta permanere potuerunt &c. parte. 1. folio. 186. E.

Lignum quoddam, sancticon, cum plus arserit, mundus sit. parte. 1. folio. 186. E.

Lilium comitante odoris gratia, candidum colorem foris, intus Lilium ostendit. parte. 2. folio. 141. B.

Limbus sanctorum est superior pars inferni. parte. 1. folio. 103. B.

Limbus sanctorum an Iacob sã receperat multos. parte. 1. folio. 120. C.

Ad limbum inferni descendebant sancti patres, quibus essent munda ab originali & actuali peccato, & quare. parte. 6. folio. 18. B.

Linea accipitur pro chorda latomi. parte. 4. folio. 367. B.

Linea quam posuit deus in Israel, quæ fuerit, nam per ipsam designatur diuina iusticia tortuositatē culpæ emendans per penam. parte. 4. folio. 367. C.

Lineamenta vniuersa & rugæ vestis Iesu in saxo tanq̄ sculpta enuntur, vt dicitur, dum per medium illorum derupis vertice descenderet. parte. 5. folio. 137. G. H.

Lineamenta corporis non sunt in deo, sicut intellexerunt Iudæi, & aliqui Christiani simplices, qui Anthropomorphitæ dicti sunt. parte. 4. folio. 106. D.

Lingua serpentis fuit mota ad loquendū virtute dæmonis. Sed lingua alinæ Balaam mouebatur per bonū angelum; neuter tamen intelligebat verba formata, sed solum angeli mouentes linguas eorum ad formationem verborum. parte. 1. folio. 40. H.

Lingua per Adam primus data. I. Hebræa mansit in confusione linguarum in ea parte hominum, quæ non angeli vel principis sed de portio est. parte. 1. folio. 294. F.

Lingua Hebræa sola fuit ante confusionem turris. parte. 1. folio. 38. E. Interl.

Lingua Hebræa fuit prima & communis omnibus vsq̄ ad adificationem turris Babel. parte. 4. folio. 40. G. H.

In linguarum diuisione nihil nouum fecit deus, sed dicendi mo-
dos & formas loquelarum diuersis gentibus diuisit &c. parte. 1.
folio. 59. A.
Lingua impressit vnus angelus vni homini, alius Aegyptiam,
alius Graecam, & sic fortasse diuersarum gentium ipsi principes
fuerunt, qui linguae & loquele videbantur. par. 1. fol. 294. F
Linguae diuersas in hominibus & loquelas diuersi angeli operati
sunt (vt putandum est) in confusione linguarum. Venite (inquit deus)
ad angelos, confundamus linguam eorum. parte. 1. folio. 294. F.
Lingua vnaquaeque aliquid proprietatis habet quod apud alias
videtur viciosum. parte. 1. folio. 209. F.
Lingua Hebraica maxime distat a lingua Romana. p. 1. fo. 366. C.
Lingua Hebraica & Syriaca sunt valde propinqua, & homines
notabiliter literati magis vtebantur lingua Syra quam Hebraea:
vnde & libri eorum qui sunt extra Bibliam, pro magna parte
scripti sunt in illo idiomate, literis tamen hebraicis quod de facti
li potest fieri, quia literae hic & ibi sunt eiusdem numeri & soni,
differentes tamen characteribus. parte. 6. folio. 165. G.
Lingua Hebraea licet sit vna, tamen variatur secundum diuersita-
tem prouinciarum, & vnaquaeque prouincia & regio habet
proprium loquendi sonum, quem mutare non potest. parte. 5.
folio. 82. C. & folio. 117. E. G. Item parte. 2. folio. 43. B. Item parte
6. folio. 165. E.
Linguae principales fuerunt tres, scilicet Hebraica, Graeca & Latina. Et istis
tribus titulus positus super Christum crucifixum scriptus est,
parte. 5. folio. 180. H. & fol. 239. A. Item parte. 2. folio. 60. A.
Linguae sicut per rebellionem ad deum fuerunt diuisae, sic per insu-
sionem spiritus sancti fuerunt vnitae. parte. 6. folio. 167. C.
Lingua deseruit in duobus, scilicet gustu & loquela, quibus punitur est
diues. parte. 5. folio. 167. H.
Lingua eo quod sita est in lubrico, male corrigibilis est a multilo-
quio, & per consequens a stulticia. parte. 3. folio. 336. G.
Lingua cum non restringitur, nequaquam vbi ceciderit, iacet, sed
semper ad deteriora descendit. parte. 3. folio. 46. A. B.
Lingua, membrum scilicet quod mouemur in ore, est loquimur
signa rerum dantur, non respicit profertur. parte. 6. fo. 55. A.
Lingua suauster docens, multo plus confortat intellectum quam
vinum & mulica cor. parte. 3. folio. 429. A.
Lingua erudita quae scit fratres instruere & corrigere, est bona
merces. parte. 3. folio. 439. A.
Lingua inflammata a gehenna qui murmurant vel derrahunt,
ignis domini iustae viciosis in futuro illos exurciat. parte. 1. fo.
181. A.
Linguae aduersantium incipit pati, qui seculo contempro, soli haec
rens deo cogitat proficere: has qui non patitur, nondum profi-
cere conatur. parte. 3. folio. 275. F.
Linguae in fluxu eloquia relaxare, est aquam dimittere. parte. 3.
folio. 325. E.
Lingua mendax quicquid simulat, hoc quasi verum esse manus
operis ostendat. parte. 4. folio. 314. A.
Linguae adulantium, in Adulantium linguae
Lingua inter epulas splendidas magis relaxatur ad loquendum
inepta. parte. 5. folio. 167. H.
Per linguam cuncta fere facinora aut concinnantur, aut patrantur
aut defenduntur. parte. 6. folio. 213. F.
Linguae vel loquacitatis malum ostenditur ex quatuor, quia infi-
cit communiter, multipliciter, incurabiliter & innaturaliter.
parte. 6. folio. 213. H.
Lingua prauiorum bestiarum, ferocitate, volucubus leuitate, serpenti-
bus virulentia precellit. parte. 6. folio. 216. A.
Lingua qui laxat in fluxu loquendi caput est iurgiorum. p. 3. fo. 20. B
Lingua postquam leuitate vna conuincitur, quid restat nisi vt co-
ticendo refrenetur. parte. 3. folio. 76. F.
Linguae osium sit quod modo claudatur modo aperiat. par.
te. 3. folio. 20. B.
Lingua tertia vel media quam mala est, & quot mala ex ea pro-
ueniant. parte. 3. folio. 417. D.
Lingua iniuriatur, cum ad derrationem proferendam applicat,
quia per hoc poenam meretur. parte. 3. folio. 368. H.
Lingua inficit multipliciter, quod probatur per triplex exemplum,
sanimale, artificiale, & naturale. parte. 6. folio. 213. A.
Perfectus est vir qui non peccat in lingua. parte. 3. fo. 140. E. Interi.
Lingua Christi vel dei dicuntur apostoli & praedicatorum. parte
3. folio. 144. F. & folio. 135. A.
Lingua angelorum quae & qualis dicatur. parte. 6. fo. 54. H.
Lingua loqui quid sit, vt Apostolus ait, & quot modis contingit,
parte. 6. folio. 55. B. C.
Non frustra est lingua in verbo, quia facile labitur. p. 3. fo. 140. E.
Lingua leuis ad loquendum, est signum leuis mentis, & hoc est

malum, & nota quare. parte. 3. folio. 259. B. E.
Lingua qui non refrenat, concordiam dissipat. parte. 3. fol. 325. E.
Qui in lingua magis delinquit, in ea plus arsurus esse perhibetur.
parte. 3. folio. 328. E.
Linguis malorum non multum attendendum est. parte. 3. fo. 350. A.
Linguae in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus. parte. 5. fo. 55. F
Linguarum donum reprobatur per epistolam & euangelium. Et
in hoc seruatur in ecclesia consuetudo de numero loquentium.
parte. 6. folio. 165. F.
Linguarum varietas qualiter est & qualiter non. parte. 6. fol. 56. A.
Linguis varijs loquuntur & orantes & praedicantes, & quomodo.
parte. 6. folio. 166. H.
Linguis varijs locuti sunt apostoli, & quocumque modo hoc in-
telligi possit. parte. 6. folio. 167. A. B.
Lingua dicitur loquela per linguam formatam. parte. 1. fo. 366. C.
Lingua potest dici quaelibet signorum prolatio, qua mens alia
quid concipit. parte. 6. folio. 55. A.
Lingua Christi in eo quod dixit: Sermonem quem audistis non
est meus &c. non mouebatur ad loquendum ex conceptione
anime, nisi secundum quod anima mouebatur ab ipsa diuinitate.
parte. 5. folio. 229. C.
In lingua vna sola, scilicet Hebraea praedicabatur Christus, apostoli autem
praedicabant in omnibus linguis, & ideo praedixit Christus: Et ma-
iora horum faciet. parte. 5. folio. 228. F.
Lingua & digitus metaphoricè dicuntur in animabus separatis,
parte. 5. folio. 167. H.
Lingua de terra procreatum multo labore ad candorem vestis pro-
uenit. parte. 2. folio. 103. E. & folio. 203. F.
Lingua signat mortificationem carnis. parte. 3. folio. 339. E.
In lippis pupillae fauae sunt, sed humore defluente pupillae graues Lip-
pae sunt, cuius crebra infusione acies etiam pupillae vitiantur. p.
te. 1. folio. 252. E.
Lyra quid, & vnde dicatur, Et significat ecclesiam, quae in varietate
Lyræ diuersarum disciplinarum, historicæ, allegoricæ, tropologicæ
& per anagogen, suauem sonum exprimit. parte. 2. folio. 203. E.
Lis proprium est rusticorum. parte. 6. folio. 119. E.
Lis cum interesse in foro, culpa non caret, qui in cathedra
Lis Moysi magister vult appellari. parte. 5. fol. 112. B. & folio. 175. A
Litare & sacrificare differunt, & quomodo. parte. 3. folio. 423. A.
Lithostratus, id est pavementum siue lapidum structura Graecæ, Hæ-
braicæ Golgotha, & fuit locus ante domum Pilati. parte. 5. fo.
110. 238. H.
Litigare, & morem iræ fugerere, muliere est. parte. 2. folio. 75. B.
Litigiosi & iniqui ad spiritum sancto resiliunt. parte. 1. folio. 140. B.
Litigiosi in disputationibus magis volunt obtinere iniuriosos
clamoribus quam veris rationibus. parte. 3. folio. 20. C. & fo.
110. 28. B.
Literae dicuntur elementa quasi alimenta, ad similitudinem mun-
di elementorum &c. parte. 2. folio. 60. H.
Literae omnes apud Graecos verba & numerum significant. parte
6. folio. 260. A. Item parte. 2. folio. 305. B.
Literis videntur nunc Hebraei quas Ebraei inuenit, & non anti-
quis literis Moysi, & quare. parte. 2. folio. 60. B. C. & fol. 249.
E. H. Itē parte. 1. folio. 370. E.
Literae priores Hebraeorum quas Moyses eis tradidit, remanserunt
apud Samaritanos, quibus illos quinque libros Moysi, quos solos
de scriptura sancta receperant, scribere solebant. parte. 2. fo.
110. 249. E.
Literae Hebraeae in libro Threnorum preponuntur singulis versi-
bus, secundum ordinem alphabeti. parte. 4. folio. 179. C.
Literae Hebraeae a Chaldaeis non sono sed caractere tantum dis-
tinguuntur. parte. 4. folio. 295. G.
Literae Graecae & Latinae vt plurimum deriuatae sunt ab Hebraeis
literis, quae antiquiores fuerunt. parte. 6. folio. 131. F. Item parte
2. folio. 60. C.
Literarum radices amarae, fructus dulces, Verus sententia est, par-
te. 4. folio. 111. E.
Litera, sicut ponitur pro centum, & 1. pro quinquaginta, & sic
de aliquibus, similiter in Graeco literae aliquae ponuntur pro nu-
meris. parte. 6. folio. 260. C.
Literae in tabulis decem praceptorum quomodo fuerunt. parte
1. folio. 266. D.
Literae Eliae prophetae de occisione fratrum quae fuerunt oblatae
Ioram post translationem Eliae. parte. 2. folio. 228. B.
Literae commissa a rege Zorobabel, fuerunt de quatuor, de securo
transitu, de lignis habendis de Libano, de libertate concessa, de
pecunijs a rege concessis. parte. 2. folio. 273. A.
Literae antiquius annulo proprio signabantur. parte. 1. fo. 104. F
Literas

Literas diuinas quo nostrum tanto labore & studio quaerit, quā-
to quaesit humanae. Alij cum recitari audierint, descedunt.
Alij nec si recitentur sciunt, sed in remotioribus ecclesiae locis
secularibus fabulis occupantur. par. 1. fo. 206. H.
Literae legis prima facies amara est, quae circuncisionem praecipit
& sacrificia & cetera, quae omnia tanquam amaram nudis corticem
proiecit. par. 1. fo. 292. C.
Literaliter si aliqua stare possunt, an etiam necessarium sit, vt ala-
legoricè intelligantur. par. 1. fo. 294. B.
Literae operimentum veteris legis discute, in quo tegitur sacramē-
tum incarnationis Christi: & cum cognoueris, inde tibi salu-
tem promissam humiliter ad auxiliū eius confuge. p. 2. fo. 58. E.
Litera legis humi posita est & deorsum. Non ergo ascendit qui
hominem legis sequitur. Sed si ascenderit ad spiritum de litera,
ascendit locum excelsum, quem a deo in hereditate accipies.
par. 2. fo. 4. B.
Litera occidit, quae qualis & quare. par. 6. fol. 64. F. Item parte. 1.
fol. 6. G.
Litera legis dicitur vas fictile, & quare. par. 1. fo. 292. C.
Non res acensu propter literas, sed literae ob manifestationem
rerum sunt repperit. par. 2. fo. 186. F. Interi.
Litera & spiritus alio modo dicitur lex & gratia. p. 6. fol. 64. F.
Literae papales hanc habent clausulam: Nulli omnino hominum li-
ceat &c. si quis autē attentare praesumpserit &c. p. 2. fo. 1248. D.
Literalis sensus, in sensu literalis.
Literati homines non debent despiciere simplices Christianos cir-
ca terrena occupatos. par. 1. fo. 357. H.
Literatus homo in scripturis diuinis non solum debet docere ver-
bo, vel praedicando vel legendo, sed etiam scripto, vt sic non so-
lum praesentibus proficiat, sed etiam absentibus & futuris. par-
te. 4. fo. 159. H.
Literatis hominibus non solum licitum est, sed meritorium sacrā-
exponere scripturam secundum fidei tenorem, & eius obscura minime
intelligentibus declarare. par. 1. fo. 330. D.
Literati carnales non sunt mittendi ad praedicandum & docendū
inter seculares: quia plus nocent mala vita quam proficerent do-
ctrina, eo quod in moralibus magis mouent facta quam verba. parte
1. fol. 334. E.
Locale dicitur quod circumscribitur secundum partes loci supra & infra,
ante & retro, dextera & sinistra. par. 3. fo. 364. A.
Loculus habuit dominus cui angeli ministrant, infirmis compa-
tiens, quo mitteretur pecunia a fidelibus data victui necessaria
quos commendauit Iudaeis. &c. par. 6. fo. 45. E. Itē p. 5. fo. 221. E.
Locupletes per secur intelliguntur, qui in ecclesia curis & volu-
ptatibus deseruiunt. par. 4. fo. 187. B.
Locus proprius omnium compositorum ex elementis, vbi natu-
raliter quiescunt, est terra. par. 5. fo. 76. G.
Locus vnus cum munitus non est de quo patet hosti aditus cetera
ra incallum munita sunt. par. 3. fo. 355. E.
Locus non erat sanctus in quo Moyses stetit, sed praesentia domi-
ni qui erat cum eo, sanctificauerat locum. par. 2. fo. 9. B.
Locus non localis sapientiae pater est iuxta illud: Ego in patre. p.
te. 3. fo. 54. A.
Locus homini datus pro habitatione conueniens fuit paradysus
voluptatis, id est deliciositatis & amoenitatis, a principio. scilicet
tio die quando primò productae sunt plantae. p. 1. fol. 36. G.
Esse dei in loco & angelorum & animae humanae, quomodo dif-
ferent dicantur. par. 3. fo. 364. A.
Locus hominis deus est, qui cum creauit, vt in se consideret, quae
homo peccando deseruit, sed deus fugitium per incarnationē
requisiuit. par. 3. fo. 21. E.
Locus dei est misericordia, a qua videtur egredi, quando punit
secundum rigorem iustitiae. par. 4. fo. 377. D. F.
Locus sanctificatur ex praesentia dei qui sanctus assistit. p. 2. f. 9. B.
Locus malorum est mundus, qui & dissoluetur. p. 3. fo. 138. A.
Locus adorationis in monte Garisim, a quo insituit fuit, de quo
duplex opinio. par. 5. fo. 198. H.
Loca sancta in Ierusalem, passionis Christi, & sepulturae, inclusa
fuerunt intra ciuitatem per dilatationē muri ex illa parte, quae
prius extra fuerunt. par. 4. fo. 98. F.
Loca dominicae passionis & sepulturae inclusa fuerunt intra teru-
salem per Adrianum, quando restituitur fecit ipsam ciuitatem
prius destruetam per Romanos. par. 4. fo. 154. G.
Locus vbi crucifixus est dominus, specialiter vocatur Sodoma &
Aegyptus. par. 4. fo. 85. E.
Loca seruitorum Christi dedicata ante tempora Constantini ita fue-
runt deserta, quod nullus Christianus nisi surrim audere acce-
dere, sed Constantinus per totum orbem iussit ea aperiri, parte

4. fo. 88. G. Vide etiam in Constantinus.
Locus beatorum dicitur templum. par. 6. fo. 169. H.
Locus apud Iudaeis ad capiendum Christum, ex tribus. Primò,
quia erat a ciuitate remotus. Secundò, quia erat clausus. Tertiò,
quia erat cognitus proditori. par. 5. fo. 236. B.
Locus in quo Christus dormiuit somno mortis, est ipsa crux
sancta. Locum autem istum notare est Christi passionē deo
tē considerare. par. 2. fo. 58. H.
Locum petit a nobis Iesus Christus, quem aedificet, in quo habitet
par. 2. fo. 27. E.
Nota quomodo Christus dicitur locus. par. 3. fo. 54. A. Interi.
Locus humani cordis est dilectio vitae praesentis. p. 3. fo. 68. A.
Sapientia non potest loco teneri, nec rebus emi. par. 3. fo. 53. B.
Locus animae spiritalis est iusticia, veritas, sapientia sanctificatio,
& omnia quae Christus est. locus animae est. p. 1. fo. 315. B.
Locus nomina quaedam scribi diuina sapientia dispensauit,
quae mysticam interpretationem continent, quibus indica-
tur, quia haec certis rationibus, non casu fieri dispensantur. par-
te. 2. fo. 25. E. F.
Locus omnis in Iudaea mons ciuitas & vicus certis nominibus
designatur, quibus, sicut Chanaan in locis suis, aut Pherephai
Amorraei, euae vel Hebraei nominauerunt. p. 1. fo. 326. A.
Locus vnus atque idem aliquando pluribus nominibus nuncupa-
tur. par. 4. fo. 154. H.
Locus quis & qualis dicitur fuit, vbi postea Bethleem fuit aedifica-
ta, vbi angelus nato Christo apparuit pastoribus vigilantibus
super gregem, & modo vocatur angelus ad pastores, vbi fuda-
ta est ecclesia. par. 1. fo. 99. G.
Locus sacrificij non poterat esse nisi vnus, ad vitandum periculū
idololatriae, ad quam populus Iudaeorum erat pronus. parte
1. fo. 165. F.
Locus inferni debetur demonibus: permittuntur tamen inter ho-
mines vsque ad iudicium, vt gloriosior sit electorum victoria in
demonum tentatione superatione. par. 5. fo. 99. H.
Locus superior (sine quo regi populus non potest) et si teneatur
& administratur vt deest, indecenter appetit. p. 6. fo. 119. E.
Locusta quid & vnde dicitur. par. 4. fo. 60. E.
Locusta & bruchus differunt sicut perfectum & imperfectum in
eadem specie. par. 4. fo. 352. D.
Locusta, erugo, & bruchus, & etiam rubigo, quid significant. par-
te. 4. fo. 352. D.
Locustae quibus (vt scribit Moyses) percussa fuit Aegyptus, an &
quomodo grauiores fuerunt quam illae de quibus scribit Iohel. par-
te. 1. fo. 144. C.
Locustae, de quibus Iohannes comedit, secundum aliquos sunt anima-
lia parua, quae ad vsum antiquitus deputabantur. p. 5. fo. 13. G.
Locustae quando post flagello mittuntur, non solum super domos
& muros discurrunt, sed etiam per interiora domorum huc il-
lucque volant. par. 4. fo. 354. A.
Quando nutu dei locustae de loco ad locum transcurrunt, sua multi-
tudine solent radios solis a terra excludere, & eam quasi nubes
obumbrare. par. 4. fo. 354. A.
Locustae quando a deo mittuntur, intantum magnum sonum fa-
ciunt, vt a sexto miliario audiri possit sonitus earum, sicut tra-
dunt illi in quorum fines conuenerunt venire. pte. 4. f. 354. A.
Locustas solet adducere Auster, non Aquilo, & quare. parte. 4.
fol. 355. A.
Locustarum agmen tempore beati Hieronymi rotā Iudaeā texit, quae
orationibus sanctorum precipitatae fuit in mare: sed ad littora resusce-
scit noxius exiuit, & hominibus pestilentiam intulit. parte
4. fo. 355. A. B. C.
Locustae si venerint in principio serotini imbris, id est verno tem-
pore, quando cuncta virent, cuncta penē consumunt. parte. 4.
folio. 366. E. Item par. 1. fo. 144. E.
Locustarum natura est, vt in frigore torpeant, in calore volitent,
par. 4. fo. 388. G. & fo. 389. B.
Locustarum variae sunt species, vt dicunt aliqui, vel potius secū-
dum alios diuersi gradus eiusdem speciei. par. 1. fo. 234. D.
Locustae: quia longiora retrò crura habet, vocatur locustae, quasi
longa hasta. par. 1. fo. 144. A.
Ex locusta bruchus nascitur, & quousque alas habeat, sic vocatur,
parte. 4. fo. 60. E.
Locutionum omnium generalis vis haec est, vt quemadmodum
ipsae linguae non intelliguntur, nisi audiendo vel legendo discā-
tur, ita nec modi locutionum. par. 2. fo. 50. E.
Locutio impropria secundum regulas grammaticae si est in sacra pagi-
na non est curandum, quia illis non subiacet theologia. parte
5. fo. 105. G.

Locutionis duo genera noxia sunt. Vnum quod peruersa lau-
dar, aliud quod recta vituperat: ibi fauor, hic ira, parte. 3. fo-
lio. 20. A.

Locutionis simplicitas magna virtutis laus est, quam quia arro-
gantes non habent, habere cesserunt, vt securus audiantur,
parte. 3. folio. 61. F.

Locutionis finis sapietium esse solet, vt vsque eo dicant, quousq;
aduersarij silentium imponant, parte. 3. folio. 61. B.

Locutionis, sicut intelligentie, autor est deus, parte. 3. folio. 73. A.

Locutio que peruersio, qua ad supra persuaderi, parte. 3. fo. 311. B.

Locutionis quedam peccata deestatur, vt est peccatum blasphe-
mie, peccatum locutionis irreuerentis, peccatum locutionis in
iurijs, parte. 3. folio. 410. B.

Locutionis integritas quid prodest, si audientem non edificat:
pro nihilo enim loquitur si ab his propter quos loquimur non
intelligitur: verbu ergo nimis obscurum vel ambiguum vul-
gimore debet dici, vt intelligatur etiam ab indoctis, parte. 1. fo-
lio. 280. B.

Locutio incorporea nature non vno modo est: aliter enim deus
angelis, aliter angeli deo, aliter anime & c. parte. 3. folio. 6. F.

Locutio angelis que & qualis & quomodo fit, parte. 6. fol. 53. H.

Locutio dei ad diuersa & diuersimode accipitur, parte. 1. folio
44. B. D. E.

Locutus de deo, omnibus armetur virtutibus, quarum quatu-
or generales sunt, iusticia, castitas, fortitudo, sapientia & c. parte
1. folio. 242. B.

Locutus quomodo est deus ad Adam, an per suam substantiam,
an per creaturam subditam sibi, parte. 1. folio. 37. F. & fo. 41. F.
& folio. 42. A.

Locutiones de sapientia genita vel creata sunt cauendae magis
quam extendende, quia videtur fauere errori Anij, parte. 3. fo-
lio. 388. C.

Locutio syncdochica est, quando minor pars accipitur pro ma-
iori, vel pro toto, parte. 1. folio. 72. F.

Locutio hyperbolica est ad designandum abundantiam rerum,
parte. 1. folio. 117. H.

Lon Longanimitas dei que, parte. 6. folio. 6. F. Item parte. 1. fo. 242. F.

Longinquitas in propheta inquantum annunciat ea que sunt
longinqua ab hominum cognitione, potest dupliciter intelli-
gi, parte. 5. folio. 210. C.

Longitudo omnis vitae presentis punctus esse cognoscitur, cum
sine terminatur, parte. 3. fo. 44. A.

Longitudo terrae promissionis & latitudo secundum diuersas p-
tes quomodo accipitur, parte. 4. folio. 283. C.

Longobardi cum rege suo multum affligunt ecclesiam, anno do-
mini septingentesimo sexagesimo tertio, parte. 6. folio. 263. C.

Longobardorum regnum quando & per quem desinit vel defec-
tit, ibidem.

Loq Loquax, vt vel sic veracundiam tegat, quasi criminofus non sit,
alios criminatur, parte. 3. folio. 28. A.

Loquaces magis solent esse vt appareant, parum scientes & paru
valentes in quacunque arte vel facultate, parte. 3. folio. 323. C.

Loquacitas infructuosa quasi verborum folia a diuinis resecatur
dum in templo dei nemus plantari prohibetur, indignum est
vt verba celestis oraculi restringantur sub regulis donati, par-
te. 3. fo. 4. C.

Loquela & sermo quomodo differunt, parte. 3. folio. 110. E.

Loqui praua qui refugit, & mysteria celestia exponit, auditorib;
per dei adiutorium pium laborem explens, ad montem forti-
tudinis, i. Christum feliciter ascendit, parte. 1. folio. 312. A.

Loquimur pro nihilo, si ab his propter quos loquimur, non in-
telligimur, parte. 1. folio. 280. B.

Loqui tantum norunt qui sub diabolo agunt, sed inania loquun-
tur, vt pote astrologi alij & Philosophi, Fidelium autem re-
gnum quod a deo est, non in sermone, sed in virtute dei, parte
1. folio. 301. B.

Loquitur homines foris, tamen deus solus intus sensus aperit, in-
tus instruit veritatis cognitione & amore, parte. 5. folio. 206. A.

Loquitur dominus vel Saban non flatu vocis, cum sint incor-
porei, vt nos qui & in secreto cordis quasi post parietem corpo-
ris stamus, donec per linguam egredimur, parte. 3. folio. 6. F.

Loquitur deus ad diabolu quatuor modis. Vias eius arguit electo-
ru suorum iusticiam contra illu proponit, tentandam innocen-
tiam ei permittit, id est probationem fidelium maliciam eius
contra eos laxat, aliquando ne tentare audeat, prohibet, parte
3. folio. 6. F.

Loquitur diabolus ad deum tribus modis. Vias hominis insinu-
at, innocentes fidei criminib; acculat, & rimas nocendi querit,

& tentandam innocentiam postulat, parte. 3. folio. 6. F.

Loquuntur arrepticij aliquando idioma eis ignotum, & hoc est
manifestum signum, quod sic loquens, quod sic loquens: sed an
& quomodo possibile, parte. 5. folio. 34. H. & folio. 35. A.

Loquitur recte ille solus, vel dominum confitendo, vel alijs pre-
dicando, cuius auditum vt celestibus possit auscultare & obse-
cundare mandatis, diuina gratia referat: cuius linguam domi-
nus tactu sapientiae quae ipse est, ad loquendum instruit, parte
5. folio. 104. A.

Cum ratione loquitur, qui in ea quiete exercetur, parte. 3. fo. 195. F.

Quicumque sic credit vt loquitur, & si non vera loquitur, tamen
fideliter loquitur, parte. 4. fol. 58. B. A.

Ad cor loquitur qui mortuum consolatur: sicut de Sichen dicitur
parte. 4. folio. 70. A.

Facundius loquitur, qui obstupescendo tacet, parte. 3. fo. 24. E.

Qui loquitur, iudicio auditoris subditur, parte. 2. fo. 20. B.

Loqueris deo quando oras, quando legis, deus loquitur tibi, par-
te. 3. folio. 113. E.

Loqui sapienter qui nititur, timeat ne eius eloquio vnitas con-
fundatur, parte. 1. folio. 191. A.

Loquitur stultus, qui inter flagella se innocentem dicit, parte. 3.
folio. 8. E.

Loquitur ad hoc solum deus nobis per totam sacram scriptu-
ram, vt nos ad suum & proximi amorem trahat, parte. 4.
folio. 215. A.

Sunt multi qui loqui tardè incipiunt, sed modum in cepto non
ponunt indifere: loquendo: & cu bona intentione veniunt, bo-
na pia mentis praecipua locutio vicia, parte. 3. fo. 10. B.

Deus aperit ora eorum qui verba dei loquuntur, eorum qui lo-
quuntur mendacium, falsum testimonium & c. diabolus & c. par-
te. 1. folio. 132. E.

Loquimur cum omnipotente, dum misericordiam eius deprecamur,
parte. 3. folio. 31. B. & folio. 32. B.

Loquimur deo cum faciem eius per desiderium postulamus, Res-
pondet loquentibus, cum nobis se amantibus apparet, parte. 3.
folio. 32. B.

Loqui nostrum ad dominum est promptis ad illum desiderijs in-
hiare, parte. 3. folio. 81. A.

Loqui Christum pro nobis, est se pro nobis hominem ostendere
praeter quem nullus aequus inueniretur, qui sine peccato pro
peccatoribus intercederet: per hoc ergo quod se nobis similem
ostendit, & in forme veritate non discrepare, patri pro nobis lo-
quitur, parte. 3. folio. 65. F.

Loqui nostrum est hominibus occultum sensum aperire: loqui
nostrum ad diuinas aures, est motum mentis etiam expressione
actionis ostendere, parte. 1. folio. 76. F.

Gratia bene loquendi est a deo, parte. 1. folio. 132. F.

Loquendi constantiam duo impediunt in homine, scilicet dolor de pre-
sentibus, & timor de futuro, parte. 3. fo. 32. C.

Loquendi vsus recte per collum exprimitur, quia vox in collo
est, parte. 1. folio. 150. G.

Loquendi libertatem solet auferre terror conuentuum, parte. 5.
folio. 157. C.

Loquendum est cautè, sed si tamen ex verbis tuis alij scandali-
zabitur, habeto consolationem in eo, cuius dicto multi scan-
dalizati sunt, qui hoc fecit, vt tibi esset exemplum, parte. 5. fo-
lio. 207. A.

Loquendi facundiam ille bene accipit qui bene viuunt, nec consci-
entia loquentem praepedit, parte. 3. fo. 18. A.

